Ο'ΝΟΜΑΤΟΛΟΓΙ'Α

seu

DE NOMINIBUS HOMINUM PROPRIIS.

edita à

JOH. HENRICO OTTIO.



TIGURI.

Typis & impensis Davidis Gessneri, F.

M DC LXXI.



Magnificentissimis, Nobilissimis, atque consultissimis Dominis:

DN. CASPARO HIRZELIO, Dynastæ in Kefikon:

ut &

DN. JOH. CONRADO GREBELIO:

Illustris Reipub. Tigurinæ alternis Consulibus prudentissimis, patriæ patribus optimis, Dominis suis gratiosis.



INter cœtera munera, quæ rerum omnium prudentissimus conditor in hominem, ceu præcipuum suum plasma, contulit, post rationem primatum obtinet oratio. Est quidem lingua μικρὸν μέλος, sicut B. Jacobus Epist. c. 3. v. 5. loqui amat, pusillum membrum, ejusmodi tamen, ut non minùs quàm cætera per peccatum penitus sit vitiatum & planè indomitum redditum, ut flamma nunc existat, iniquitatis mundus, incensum à gehenna, maculans totum corpus, & accendens orbem conditum. Hinc ex eodem ore benedictio procedit & maledictio: quæ quidem omnia ex corde, tanquam ex venenata scaturigine pruriunt, unde oratio facies dicitur & speculum animi. Inde est quòd lingua digna factis epitheta sit nacta, ut dicatur infrenis, arrogans, biceps, dolosa, blandiens, conviciatrix, libidinosa, nocens, venalis, præceps, ecquid non insuper? Multi sic loquuntur, ut nescire videantur se loqui, sed quemadmodum de furentibus vatibus dictum est *Dant sine mente sonum*, cum nec cogitent quid loquantur, nec intelligant suas ipsorum voces, quæ non proferuntur, sed excidunt, eoque sæpe numero fit, ut quemad. non præcogitant quid dicturi sint, ita nec meminerint, quid dixerint, multò minùs rationem de illo reddere queant. Quare optimè illi mereri videntur, qui de linguæ officio, de sermonis decore & gravitate, de orationis puritate sanctitatéque præcepta

ex divinis humanísque thesauris conscribunt & præscribunt. Inter cœtera linguæ beneficia illud primo loco occurrit, quo quamque rem nomine proprio & naturali, ipsi illi rei convenienti vestit, ac epithetis etiam comodis & genuinis declarat. Vt autem homo cœteris præstat creaturis quæ sunt sub sole, ita non modò in communi, sed & distincta ac singulari illius denominatione accurata ratio tenenda, quò sic alter ab altero discernatur, & vivis, ut ajunt, ac propriis coloribus depingatur óbq; oculos ponatur. Non dedignatur DEVS, invisibile & incomprehensibile illud bonum, certis suis nominibus & attributis se nobis exprimere & patefacere, ut aliquo saltem modo, & quantum sufficit, illum comprehenderemus. Ita nec Angelorum certorum edere nobis nomina indignatur. Magna ab omni ævo nominum, quibus homines notantur & discriminantur, habita fuit ratio. Inde certamina & contentiones exortæ sæpe non leves, non modò rerum ipsarum, sed solorum nominum & inscriptionum occasione: hinc ipsissima idololatria initium suum habet. Illinc auguria facta & omina capta. Ideo Leutychides principem legationis Samiorum sic fertur interrogasse, Hospes Samie quî vocare? Hegesistratus, ait ille. Accipio, regerit Leutychides, pro augurio Hegesistratum. Et verò hominem placiti nominis attinuit, dimissis aliis. Hanc ob causam procul omni dubio frequens orta tam apud fideles, quàm apud infideles nominis mutatio, licèt ex superstitione sæpius, quàm ex vera ratione id factitatum. Idem fatum Respublicæ, & quidem etiam illustres atque florentes, non

modó

modò in ſtatûs & familiarum, ſed in ipſorum etiam nominum mutatione ſenſere. Tigurum noſtrum hujus rei teſtis eſſe poſsit. Regium nomen tam Græcis, quàm Romanis longo tempore exoſum fuerat & inviſum. Saxones veteres Regem non habuere, ſed certorum diſtrictuum ſeu provinciarum Rectores pares, ubi quivis demandato territorio imperabat, tamen conſilia etiam cum aliis communicabant, & generales conventus agitabant, quos ſi Principes, duces, marchiones, comites ſeu judices dixeris, per me licet: iidem autem tempore belli Imperatorem eligebant, cujus dignitas & officium ceſſabat pulſo periculo pacéque reddita. ut Græcos taceam, eadem omnino apud Romanos obtinuit conſuetudo, apud quos Imperatoria poteſtas, perpetua minimè erat, unde multi non ſemel, ſed aliquotiens id nominis & honoris conſecuti. Ecquis verò heic luſus ſeſe non offert? Imperator i. q. Polemarchus, ſtrategus, princeps belli, exercitus ductor, & ſi velis etiam Rex, ſeu Rector ſummus: hodie Generaliſsimus: Ger. Oberſter / Feldherr / Fürſt / oder Führer / Regent / Feldhauptman. Vt autem deinceps nomen Imperatoris perpetuum alicui tribueretur, primùm Julii Cæſaris exemplo factum, quem Suetonius ſcribit, Imperatoris prænomen perpetuum, & cognomen Patris patriæ à Senatu accepiſſe. Sic Livio, ejuſque epitomatori Floro hoc ſignificatu Imperator & Dictator perpetuus æqualia ſunt. Ex hoc intelligi datur, veterum morem commutatum fuiſſe, quòd cùm illi cognominis loco Imperatoris titulum adſcriberent, veluti Cn. Pompejus Imperator, Cajus

Cæſar primo loco, tanquam prænomen illud ſic uſurpârit, Imperator Cajus Julius Cæſar. Cæſares tandem, ne in crimen invidiámque inciderent, Imperatoris nomen, tanquam titulum mitem & honeſtiorem, abrogato Regis vocabulo, iterum & ſæpe ſumpſere. Quare Auguſtus fuit ſemel & vicies Imperator dictus, & ſecuti principes hoc cognomento perſæpe nobilitati ſunt. Eadem varietas in Tyranni adpellatione occurit, quidpe primitus quiſque Rex legitimus, princeps & archon ita adpellatus, quod equidem Chald. dialecto haud invitus ex Hebr. שָׂר vel שַׂר deduxerim. Populus Rom. ob importunam Tarquinii Superbi dominationem, excuſsâ primâ formâ, regia ſcil. poteſtate, imperium in Brutum & Collatinum, libertatis ſuæ vindices transfert, mutato & judice, & nomine, ſicut Florus lib. 1. cap. 9. refert, quippe ex perpetuo annuum placuit, ex ſingulari duplex, ne poteſtas ſolitudine, vel morâ corrumperetur, Conſuleſque appellavit pro Regibus, ut conſulere ſe civibus ſuis debere meminiſſent. Hæc ſi patriæ noſtræ accommodaveris, neutiquam aberraveris: ut enim poſtrema premamus, quid anno 1335. acciderit cum faſcibus Tigurinorum, nemini eſt obſcurum, cum quibus ſi tribus noſtras, ſi plebis Tribunos conjungas, illuſtriora omnia fient. ut numi ſic nomina valent uſu: primaria itaque acceptio à ſecundaria, propria ab impropria adcuratè ubique diſtinguenda. Regis compellatione quis non Monarcham intelligat? At duos ſimul ſibi Spartani præficiebant, quos etiam Archegeras vocitabant, nomine magis, quàm imperio tales

iidem-

iidemque ab Ephoris judicabantur, si quid cum populo litis intercessisset, quòd idem ferè apud Arragonios obtinuit. Apud eosd. ut & apud Athenienses ἡγεμόνες (Hegemones,) ductores iidem audiebant, apud plerosque ἄρχοντες (Archontes) principatu tenentes, & illi quibus judiciis atq; mutationibus non erant obnoxii? Dicti Athenienses Reges habebant initio XVII. numero: mutatâ Reip. forma illos Archontes perpetui XIII. successione excipiebant: VII. decenales eos sequebantur: cui regimini anui aliquot finem imponebant. Agis Laconicus Rex ab ἄγειν, ducere, dirigere, sic vocatus: Cujus frater successor Agesilaus i.q. populi ductor. Hoc quid aliud, quàm Ger. Fürst/Führer/Vorsteher deß volcks: nobis Burgi (i.e. opidi) magister; alibi Prætor quasi præitor: aliàs Gr. βασιλεῖς καὶ ποιμένες τῶν λαῶν. Quis ergo hoc loco non videat varios esse & diversos in quovis statu fasces, varias vicissitudines, honores & titulos. Sive Regem dixeris, sive Protectorem, seu Defensorem, perinde, si utrobique parsit auctoritas atque potestas. Si Græcarum Rerump. regiæ potestati Romani Dictatoris auctoritatem opponas imane quantum hæc illam excedat: videsis Kekerm. de Rep. Athen. l. 2. c. 3. Quæ ratio in politicis, seu ut vocant, secularibus, eadem omnino in Ecclesiasticis: quid ergo moveant me Papæ, Pontificis Apostolici, Catholici, Sanctissimi, Beatissimi, Sanctitatis, Beatitatis &c. nomina quandoquidem communia olim fuerunt? Qui me Episcopi turbet titulus, cùm idem sit quod Inspector, Intendens, Decanus? Modò ergo abusus absit. Vnde verò isthæc? unde tam varians

)(4 unius

unius termini acceptio? à fato, à periodis, quæ mutationem rebus adferunt, hoc est, à Summi Monarchæ divina providentia & decreto, quo ingratum & perversum mundum concutere, committere & punire solet. Pulchrè Florus in quatuor ætates Remp. Rom. distribuit, in infantiam, adolescentiam, virilem ætatem, & senectutem, causásque vicissitudinum promit, atque ex eventibus demonstrat: ex caussis sunt partes seu factiones, odia, invidia, vindicta, libido & petulantia, dominandi desiderium, auri aviditas, divitiæ immodicæ, sumtuositas seu luxus, proprii commodi studium, publici autem neglectus, civium oppressio, æqui & boni perversio & corruptio &c. Vnde manifestum de asini umbra eos non agere, qui vel de fatalibus Rerump. convulsionibus & ruinus, vel de terminorum nominúmque usu & acceptione tractant.

Verùm ne in alienis prolixior, sed ut tandem in rem præsentem abeam, ad Vos, Viri Magnificentissimi atque Amplissimi, accedo rationem præmissi illustris nominis vestri redditurus, quæ duplex potissimùm, prior quòd ob cumulatissimam & instructissimam literarum cognitionem, optimè de illis judicare possitis, & ceu fideles Mecœnates, conatus ejuscemodi fovere, ac contra omnes osores & rosores fortiter graviterque illis patrocinari soleatis, unde non modò jam dudum magno cum Ecclesiæ atque Reipublicæ fructu *Censorum* librorum munus vobis concreditum & comissum,

comissum, sed nunc quoq; in summornm Ecclesiæ & Scholæ nostræ *Curatorum, Directorum & Nutritiorum* solio estis collocati. Quare sicut olim apud Romanos censores, apud Græcos Ephori non modò morum, seu disciplinæ magistri, legum custodes & conservatores, sed & factorum omnium judices fuerunt designati, sic ut in omnia censoria sua auctoritate & severitate potestatem suam exercerent, ita hoc loco ex officio mea Vobis V. A. humillimè subjicienda putavi. Ad hæc quemadmodum apud eosd. Romanos atque alios nomina & dies natorum indicari & dictari Magistratibus debuerunt, ita præsentem hancce ὀνοματολογίαν, Amplitudinibus Vestris offerendam, & in Saturni quasi æde deponendam arbitratus.

Posterior facti mei causa est, quòd postquam uno eodemque anno, proximè scilicet elapso, duo [illegible]rtissima & clarissima urbis lumina ac præsidia, par Consulum nobile, non sine fato, nec absque urbis agrique gravi luctu & vulnere erepta, in Vos, ceu relicta solatia, oculi omnium statim fuerint conversi, totaque spes defixa, unde communibus Civitatis votis, postulationibus & calculis, ex singulari in Vos confidentia, ob fidem perspectam, prudentiem raram, agendi dexteritatem & felicitatem, ob longam rerum experientiam,

propter maxima erga patriam, atque alios etiam quam plurimos merita, ad sceptra & tribunalia suprema Vos vocârunt, eósque honores certatim gratulationibus & acclamationibus, animo, voce, gestu, tabellis, uterque ordo, fidei item & fœderis socii, atque alii insuper prosecuti ac de secundis patriæ successibus augurati sunt. DEI O. Max. beneficio Vos Reip. procreatos & hactenus conservatos dubitavit nullus, quidpe qui virtutes Majorum cum primo vitæ ortu & nascendi fortuna imbibistis, eósque præclarè expressistis: jam inde à cunis iis Vos Numen eximiis animi corporísque dotibus instruxit, ut semper singulare quid emicaret illudque futuros honores præsagiret: his tam accurata accessit & solicita educatio, institutio, manuductio, ingeniíque bonitas & facilitas, ut maturè domi forísque optima quæq; studia & linguas sic quidem copiosè hauseritis, ut magnitudinum futurâ industriæ documenta prodiderint, útq; in tenera adolescentia jam publicis negociis & muniis situs adhibiti, indeque per omnes honorum gradus ad apicem ultimum usque conscenderitis, atque sic ab infimo, quod ajunt, ad summum semper merita Vestra Vos provexerint. Quàm præclarè hîc Romanus Consul! *Honos est premium virtutis, judicio studióque civium delatum in aliquem. qui eum sententiis, qui*

suffra-

ſuffragiis adeptus eſt, is mihi & honeſtus & honoratus videtur. iterum: *Is honos videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris viris defertur & datur.* Ne autem blandiri & domeſticos nonniſi teſtes ſectari videar, ad legationes Veſtras graves & difficiles, provoco, quas totiens tam communi, quam publico nomine, ita feliciter & dexterè obiviſtis, ut auctus inde ſemper fuerit honos Veſter, virtuteſque Veſtras ſingulares, quæ in *Legato* requiruntur, etiam principibus viris & illuſtribus Statibus probaveritis, clementer habiti, gratioſè dimiſſi, & á Veſtris magna cum ad probatione & applauſu excepti fueritis. Quidni ergo de ſummis in Vos collatis honoribus, non tam Vobis, quám communi patriæ gratulemur, pro ſingulari iſthoc beneficio Statori & ſupremo rerum Præſidi devotas gratias perſolvamus, & exinde bene ſperemus, optemúſque ut quemadmodum laudabiliter raróque exemplo rebus veſtris propriis & domeſticis ſepoſitis & quaſi devotis, communi bono & commodo totos Voſmet conſecrâſtis, ita is qui ad tam arduum munus Vos vocavit ſecrevítque ſecurum & felix regimen Vobis concedat, ut affinitate, ſic & animis Vos conglutinet, Senatum fortem & prudentem præſtet, patriam tutam & ſecuram ſervet, populum probum & fidelem, ut ad pleniſſi-

nissimam usque senectutem diu rebus feliciter præesse, ac immarcessibilem aliquando coronam á rerum omnium arbitro & brabeuta reportare queatis.

Hoc itaque quicquid est voti, humilisque devotionis indicii, ut more Vestro laudabili serena suscipere & excipere fronte velitis, meisque porrò favere conatibus non dedignemini, ea, quâ par est animi submissione contendo, peto & opto.

Magnificentiarum & Amplitudinum Vestrarum.

Tiguri d. 30. Sept. anno. 1671.

devotissimus cliens.

JOH. HENRICUS OTTO.

Προσ-



Προσφωνήσεις *ad Auctorem.*

I.

P*Ropria* Tu nobis Frater bene *Nomina* pandis.
Dic igitur quæso, nomen quid denotat, *Otto?*
Si filios Hebri quæras, reddent Tibi, *Signum.*
Teutonis at reliqui, *Patrem* signare, docebunt.
Sit quicquid, proprium rectè Tibi convenit *Otto.*
In *signum* es positus, doctrina præditus omni;
Cujus nunc *signum* præsens ut ipse libellus.
Vel *Pater* á nobis cupias si dicier *Otto:*
Illius esto *Pater*, cujus Tu *signa* repandis.
Ast hoc dum præstas, primævos nominis ortus
Dum retegis proprii, proprii quoque nominis ipse
Es meritus laudem, magno quæ parta labore.

Sic Fratri posuit.

JOH. RODOLFUS OTTIUS. V.D.M.

Ad eundem.

VOcare rerum nomina
Quæcunque ſcitis vocibus,
Et mille formis dicere,
Effecta mille quærere,
Profunda ſcit ſcientia.
Inſigne ſignum Numinis
Præſentis eſt, in omnium
Noſtri Parente ſanguinis,
Qui beſtias, & Ætheris
Leves volucres, incolas
Pontíque cives ſquameos,
Genúſque pronum vermium
Et arbores, & flaccida
Quæcunque cernis gramina:
Verbo vocavit omnia
Appropriato nomine
Aſt œdipi ſagacitas
Huc eſt petenda, talia
In proprias origines
Cûi voluptas ſolvere.
Vir orbe toto ſplendide,
Docent Tuæ nos paginæ,
Quæ mentis acri indagine
Rimatus es vocabula.
Hic prodromus ſequentium
Erit, laborum præmium

Laudis parabis inclytum,
Cùm ſtraveris Baronium,
Lauro Triumphi tempora
Cingentur ævùm florida.

Ad Conteſt. animi affect.

P.

JOH. HENRICUS OTTIUS.

Phil. & Med. D.



Ὀνοματολογία,
seu
Tractatio de Nominibus
propriis hominum.



§. 1.) RECtè Plato in Cratylo: *Nomen inquit, est essentiæ ipsius imitatio.* Et Clemens Alexandrinus libro sexto Strom. *Duæ sunt veritatis ideæ, Nomina & Res. Nomina nihil aliud sunt, quàm signa rerum, in eum finem eis indita, ut nobis res ipsas notificent & declarent. Ideóque sicut ignoratis signis, ignorantur res: ita ignoratis verbis, necessarium est ipsas quoque res ignorari.* In eundem planè sensum Athanasius operum Tom. 2. tract. de defin. p. 53. loquitur. Sic Rod. Agricola: *In definitione originatio spectanda, quòd à vocis notione in rei perceptionem provehimur.* Quæritur hoc loco inter doctos Nomina naturaliáne sint, an voluntaria & à consilio inventoris: posterius placet Scaligero exercit. 293. item 266. Confer eiusdem l. 3. de causis LL. c. 67. & 68. l. 13. c. 168. seqq. Adde Zanchium T. 3. l. 1. c. 1. de hominis creatione pag. 514. Equidem sicut Adam ante lapsum in hoc ne unguem aberravit, sed acu, ut ajunt, rem tetigit, idque singulari Numinis voluntate & instinctu, unde animantia ad illum hunc ipsum in finem adducta; ita post lapsum, inque linguarum diversitate, idem obtinuisse statuendum. Verumenimvero sicut per tristem protoplastorum lapsum penitùs quædam perdita sunt & amissa, nonnulla verò miserè depravata,

ita hîc quoque Ὀνοματοθεσία, maximè etiam in linguarum confusione, spissas tenebras subiit vehementèrque obscurata fuit: unde scitè Goldastus Paræn. pag. 116. *Non semper verba sed sensus attendendus, ideóque ex etymologia non semper licet ferre judicium.*

§. 2.) Commendatur quidem amplissima scientia & intelligentia Regis Solomonis, quòd fuerit instar arenæ maris, quáque omnes post se reliquerit mortales: 1. Reg. 4. 29. seq. & cap. 3. 12. eum tamen ab Adamo in statu integritatis superatum fuisse omnino statuendum, quandoquidem is perfectam & omnibus numeris absolutam rerum naturalium scientiam & sapientiam obtinuit. Tum maximè id probavit, quando divino impulsu ac mandato ea nomina thori sociæ, cœterísque omnis generis animalibus imposuit, quæ ipsis rebus convenientissima erant atque aptissima: unde simul etiam necessitatem videas, ut ad evitandam confusionem omnia à se invicem sic distinguerentur. Neque verò post lapsum hominem penitùs privatum fuisse insigni hoc beneficio, inprimis Geneseos liber fidem nobis facit, quando rationes nominum hominibus impositorum plerumque edit, ita ut ominosa, fatidica, persónisque & rebus convenientissima dici queant. Inde Noach, Noa, Noe, idem quod quies, seu quietem dans: quia Parer Lemec dixit: *Hic recreabit nos ab opere nostro, & à labore manuum nostrarum: propterea quòd maledixit Jehova terræ:* Gen. 5. 29. Hic, quia vineam plantavit: cap. 9. 20. Janus à Latinis dictus, à Græcis Oenetrius, ab Hebr. Jain, vinum, οἶνος, Wein: quasi vitifer. Creditus

ditus Rex Italiæ, quia senio confectus eò concessit: Macr. l. 1. c. 19. Eidem ob memoriam introitus & exitus ædium consecrati, hinc Janua.

§. 3.) In tribus quidem vocis cuiusque ἀνατομὴ perficitur atque absolvitur, in etymologia, synonymia & homonymia: at verò quemadmodum linguæ sic & cuiusque rei nomina secundùm diversas illas linguas, imò interdum secundùm unam eandémque vehementer variant & discrepant, ita ut unius rei nomen aliud naturale, arbitrarium aliud, unum essentiam illius, alterum accidens aliquod, utpote sonum, colorem, &c. denotet: sic non minùs aliud ἀπὸ τύχης impositum, aliud ἐκ προαιρέσεως, prout ex etymologicis facilè hoc disces. Sanè ad sonum & murmur πεποιημένα (efficta) infinita penè reperias, uti ovium vox bee, quod malè alij exprimunt Me, unde verbum belare, beelare, balare, Ger. bleken/bloken. Sic boum est boare, brüllen: equorum hinnire, Gichlen: cornicum cornicari, krechzen: cicadarum, stridere, zitschern: anserum gingrire, gakern: murium mintrire, pfipfern: anatum tetrinnire, schnakern/schnädern: luporum ululare, heulen: ursorum murmurare, brummen: felium clamare, mautzen: pullorum pipire, pipen: cuculorum cuculare, kuken: serpentum sibilare, zischen: bubonum ululare uhuen: leporum vagire, quäken: ranarum coaxare, quaken: asinorum rudere, ygarn/ꝛc. Canum voces apud Aristophanem αὖ αὖ, unde Lucretio verbum baubare: aliàs canis ringitur, marret. Ideò R. canum est litera, hinc irritare, reitzen/ &c. inde Persio canina dicitur litera. Mutorum est Mu, Mῦ, hinc mutus, stumm/mussare, mutire. Porcorum

corum γρῦ, inde grunnire, grunßen. Murum est Trit: Corvorum Cra: Noctuarum Tu, tù: alaudarum Tireli, tireli, tiretir, lire: Ranarum βρεκεκεκὲξ κοὰξ, κοὰξ, unde coaxandi verbum. Varia ex Græca lingua promit Joach. Camerar. in utriusque linguæ Comment. à pag. 198. inpr. à p. 203. De cicadis Plin. l. 11. c. 51. Similia Bartas aux Oeuvres Poetiques. Jos. Scalig. l. 6. Conjectan. Julius Pollux l. 5. c. 13. De eodem negocio Schotelius in Grammat. à pag. 118. edit. 1. ubi idem p. 885. ita habet: Gleichwie die Teutschen Wörter auff das eigentlichste die Eigenschafft ihrer Dingen außdeuten: also ist auch diese sonderbare Art in Teutscher Sprach gemein / daß man den Thon etwan eines Fahles / Schlages / Schusses / Sprunges / Stosses / Stimme / oder eines jeden andern thuns / mit einem zustimmenden Laut-worte außrede / ꝛc. Nec alia ratio rerum noviter inventarum, uti bombarda à sono: Germ. Büchs à forma. Sic à loco non infrequenter, sicut morbus Hungaricus, Gallicus: Sudor Anglicus. Ita olim Cadmus à קדם quasi orientalis &c. Robbigius in Lexico l. 2. c. 7. Vocum significationem aut materialem esse dicit, aut formalem.

§. 4.) Quicquid verò tandem sit, rectè Kekerm. Syst. Log. l. 1. c. 1. cum Scaligero & cæteris contra Platonem probat sonum, seu voces non esse naturales, nec impedire pauca illa πεποιημένα, de quibus modò actum, nec statim id naturale esse, quod rei naturam nobis declarat, quia illæ voces à sapientibus institutæ, ita ut rebus respondeant aptissimè. Neque valet argumentum à convenientia multarum vocum in variis linguis, quia post confusionem Babylonicam affinitatem aliquam

quam

quam mansisse linguarum negandum non est. Ecquænam verò, quot illæ voces, in omnibus linguis convenientes? Convenirent autem proculdubio naturales si essent. De hoc Epicurus, id est, Gentilis cæcus, & mysteriorum sacrorum rudis, Epistolâ ad Herod. apud Diog. Laertium l. 10. pag. 284. edit. Menagij. refert, *nomina abinitio ab hominibus non imposita fuisse, sed ipsas hominum naturas, quæ singulis nationibus continerentur, suis uniuscuiusque, & propriis perturbationibus affectas, suisque visis impulsas, privatim aërem singulis ab affectionibus & visis profectum emisisse, prout populorum varia loca incolentium varietas postularet. Postremò verò singulas nationes communiter propria nomina imposuisse, ut significationes & minus inter se amphibologiarum haberent, & brevius explicarentur,* (πρὸς τὸ τὰς δηλώσεις ἧττον ἀμφιβόλες γενέσθαι ἀλλήλοις καὶ συντομωτέρως δηλουμένας,) *quasdam autem res non inspectas antea afferentes, qui sibi conscij essent, eas vocem edere coactas, quibusdam vocum sonis indicavisse.*

§. 5.) Vt autem metam, quò tendimus, propiùs attingamus, hoc loco non de singularum rerum, sed de hominis nonnisi ὀνοματουργίᾳ disserere nobis est animus. Etymon igitur quod spectat, nomen vulgò à nosco derivant quasi novimen, vel quasi notamen, seu notimen, quòd res notas efficiat, seu quòd rei nota, ut Cicero ait: aliis à Gr. ὄνομα, quod Platoni παρὰ τὸ ὂν μαίεσθαι, ab inquirendo ente; nonnullis à juvando quasi ὀνεῦμα, quòd eius usu res agnoscatur, aliis à νέμειν (sicut & νόμος) quoniam quo pacto lex cuique suum tribuit, ita & nomen suam cuique ima-

 ginem

ginem rerum reddit , seu quòd nomine suo res quæque distinguatur, quomodo sanè cum Lat. nomen, & Germ. Nammen/unde nennen/namsen/ nominare; Gr. ὀνομάζειν, ὀνομαίνειν convenit. Heb. שֵׁם unde Rab. שׁוּם aliquis: & Syr. שְׁמָא nomino, i. q. Hebr. קָרָא Nomen proprium שֵׁם הָעֶצֶם id est, nomen substantiæ, quo unam substantiam appellamus. Vocatur etiam שֵׁם סְגֻלָּה quasi nomen peculiare. Græc. Κύριον ὄνομα, quod simul apud Grammaticos à metaphorico discernitur. Eo ipso autem, quòd nomini epitheton proprium additur, varia illud significata suscipere indicat. Quatuor habet Poldus de Nemauso cap. 27. pag. 181. 1. cùm denotat famam & existimationem. 2. potestatem atque potentiam, Phil. 2. 9. 3. appellationes omnium rerum naturalium. 4. specialiter nomina hominum. Vide Agrippam de occulta philosophia. Specialius Martinius in Lexico, cui nomen denotat. 1. nomen proprium, quo rem denotamus. 2. vocabulum quodlibet, quo aliquid intelligibile, vel intellectum efferimus. 3. id quod nomine exprimitur, sive res sit, sive persona, etiam ipsa familia. 4. decus, dignitatem, famam, existimationem, honorem, cultum &c. 5. auctoritatem, seu jus & potestatem. 6. actum ipsum potestatis, 7. causam generaliter acceptam. 8. debitorem. 9. ipsum debitum. 10. articulum debiti.

§. 6.) Nos verò, missis omnibus, materiæ nobis propositæ, hoc est nominibus hominum propriis pressiùs insistamus. Atque utinam heîc locum haberet id, quod Boethius in Aristotelem de

de Interpr. p. 299. ait : *Ea quæ sunt in voce, sunt earum, quæ sunt in anima passionum notæ, & ea quæ scribuntur, eorum quæ sunt in voce.* Iterum utinam, nominis origo rei naturam manifestam faceret, ut Scaliger vult! Quid tandem confusionis, obscuritatis, ac brutalis ignorantiæ hîc non occurrit? Maximè si tot gentium genera, ritus, mores, si linguas, religiones, ac cœcum impetum consideremus. *Designat quidem nomen id, cuius est nomen,* ut iterum monet Boethius de Syllog. lib. 1. p. 581. *ad placitum verò, quia nullum nomen per se aliquid significat, sed ad ponentis placitum. Illud autem unaquæque res dicitur, quod ei placuit, qui primus rei nomen illud impressit. Sunt enim voces naturaliter significantes, ut canum latratus iras canum significat, & alia eius quædam vox, blandimenta, sed non sunt nomina, quia non sunt ad placitum significantes, sed naturâ.* In exordio rerum divino vel jussu, vel instinctu nominibus significantissimis homines fuere signati, uti & in N. Testamenti Fœdere Servator noster nomine dulcissimo Jesu, idque priusquam nasceretur, Matth. 1. 21. Divinatu haud difficile, quare primi orbis incolæ, ac postea etiam Hebræi, aperta, significantia, inque sensus incurrentia habuerint nomina, scilicet quia unam nonnisi, eámque vernaculam & cognitam Hebræam usurpârunt linguam: à linguarum verò multiplicium illuvie mixta simul nomina fuerunt, vel miserè detorta ac depravata, vel ex peregrinis & ignotis linguis transsumta, idque vel religionis, vel superstitionis, vel sanè cœci impetûs gratiâ, uti hodiéque fit inter nos, ita quidem, ut pleraque Christiano-

 rum

rum nomina, licet pia illa sint, quia tamen ex linguæ, ex quibus sumta, nobis incognitæ, nonnisi sonum nobis certum edant, cujus ope unum ab alio dignoscimus, non secus atque canis aliquis, vel vacca, ad nominis sui adpellationem monetur & movetur. Imò sæpe eiusmodi bestias nomine accommodatiori & magis proprio notari & distingui liberè dixerim. Huius assertionis testimonia rustici nostri ob oculos tibi ponent. Ita testatur Mandeslo Historiâ Orient. l.2.c.22.f. in Insula Tercera singulos boves (qui magnæ molis) singulari nomine appellari, etiamsi 1000. unâ pascant. Nos in fastis nostris pauca habemus nomina, & quidem pleraque incognita atque exotica, adhæc plura inusitata: at apud antiquos etiam fideles, multa millia extabant, quia adstricti non erant: quod eò intentiùs notandum, quia nostra ratio confusionem parit, nec unum ab alio ritè distinguit, unde pessimè inter rusticos nostros in una familia, sub uno tecto degente, plures filij uno ferè nomine veniunt, levi nominis mutatione, licet in S. Baptismate à tinctore Ministro ita diversimodè non exprimatur. Nulla igitur lex vel necessitas urget, ut nonnisi nomen aliquod in Calendario extans assumatur, quo enim loco & censu habendi forent tum veteris, tum primitivæ Novi Testamenti fideles? Adde quòd Orientales Menologio proprio utuntur, insuper alii atque alij toto cœlo discrepant. Sine dubio nomina propria peregrina tum inter fideles, tum inter infideles inde retenta, quia aut auribus grata, aut hominibus egregiis imposita fuere, Atque ut obiter isthoc inseram,

rectè

rectè heic judicant docti, talia transferri in alias linguas non debere, quia aliâs vim & gratiam perderent, unde Aquilas, Vulgata, &c. jure vapulant, quòd multa nomina propria mutaverunt, quæ rectè Symmachus retinuit. Nihil per se nomina propria significant, nisi personas, quibus imposita sunt, & ex accidenti duntaxat interpretationes suscipiunt. Ergò illas transferri in alias linguas non debent, quia sic sonum & gratiam amitterent. Jure tamen patrio transmitti in filios possunt, vel certam ob rationem in alios.

§. 7.) Etymologia apud Logicos est nominis interpretatio, notatio, Scaligero vocis ratio, utpote cùm albus ab albedine denominatur: apud Grammaticos partim pro integra doctrina Grammaticarum dictionum, quæ Lexicologia melius diceretur, partim pro vera origine seu derivatione vocis, uti justitia à justus. Hinc etymologia veriloquium, seu veriverbium vertitur: sed videtur potiùs veram rationem significare, ait Burgersd. Log. l. 1. c. 25. ex Scal. l. 3. Poet. cap. 55. Ideò etymologi λογόσοφοι vocantur. Ita Ὀνομαθέτης & Ὀνοματουργὸς dictus, qui nomina ponit, & rebus concinnè applicat, qualis primus omnium universi Creator Deus T. M. fuit, quando nomen Adamo imposuit. Etymologus etiam Ὀνοματοθηρέτης adpellatur, quia solerter nominum rationem reddere conatur, quasi venatorem nominum dixeris. Eam ob causam Plato in Dialogo docet (ut ostendit Poldus in Nemauso cap. 27. pag. 185.) nomina imagines esse rerum, si rectè imposita. Cratylus putabat per proprietatem nominis intelligi proprietatem nominati: unde

ſtatuebat,non ex voluntate & beneplacito nomina eſſe impoſita,ſed juxta virtutem & facultatem nominati. Ideò Romani magnam huius rationem habuere,ſed ea aut à moribus deſumſere,aut ab exercitatione,aut à victoria.Beroſus l. 4.videtur innuere alias rationes,ob quas nomina impoſita,nimirum à loco,natione,à ſigno & memoria expeditionis horum, qui impoſuere. Ita LiviusDec. 1.l.5.Thuſcos toti olim Italiæ imperitâſſe ex ſolo nomine maris Tyrrheni ſatis evinci oſtendit ; ita ex Adriatico, quod ab Adria Coloniâ Thuſcorum.Nomina ſæpiſsimè in majorum memoriam data fuere , ita Saturnus cœlum ὀρανὸν vocâſſe fingitur,à Patris nomine: vid. Lact. Juſtit.div.l.1.c.12.

§.8.) Ὀνοματθεσία noſtra vel divina eſt,vel humana: iterum vel primaria vel ſecundaria:iterum vel licita vel illicita : vel ſuperſtitioſa & ſpurca: vel pia & honeſta &c.Ex quaque autem re,interna,vel externa,ſive corporis ſive animi facultate,ex effectu,aut alia circumſtantia, à patria, profeſsione,cognatione &c. ex rerum fine, proprietatibus, objecto &c. apud omneis populos deſumuntur tum virilia,tum muliebria nomina: ita Niger, Nigrinus, Rufus,Rufinus,Albus, Albinus,Longinus,Curtius,&c. Ex oppoſito,ſeu per ἀντίφρασιν fortè voco Bonifacium pro Malefacio, Claudium quaſi minimè Claudicantem. Ab objecto Pagani Divas ſuas nominârunt, à Floribus Floram: à Pomis Pomanam : Carneam à Cardinibus : Mellonam à melle tuendo. Atque utinam heîc moderni Ramanenſes non ſimilem in modum peccarent ! Haud ineleganter Rabbini:

4. Pro-

4. Proprietates dicuntur de nominibus: Sunt qui nomina habent pulchra, & simul opera pulchra: alij nomina turpia, & eorum opera quoque sunt turpia: aliorum nomina sunt turpia, sed opera pulchra: aliorum denique nomina pulchra, sed opera turpia. Initio creationis, ac multis etiam seculis post unum nonnisi nomen homini fuisse impositum, deinceps verò etiam binomines, trinomines, & fortè etiam quadrinomines extitisse ex S. Pandectis, genealogiarum & nomenclaturarum collatione patet. Etsi autem uno plura habuerant nomina, unum tamen interdum nonnisi positum reperitur, idque statim hoc, statim illud, ita Psal. 89. Ethanem Ezrahitam volunt esse Idithun, de quo 2. Par. 29. 14. quâ viâ plura loca difficilia docti solvunt. Non modò autem viri, sed & fœminæ apud Hebræos polyonymæ erant: Cornel. à Lapide in Canon, in Pent. §. 19. Zemach David. p. 60. ed. Vorstij, ex Abravanelis testimonio: *Mos erat sub templo secundo cognominare perfectos pluribus nominibus, pro varietate considerationis.* Græci quoque διώνυμοι πολυώνυμοι erant, ut & Latini. Valer. Maximus l. 10. *Varro simplicia fuisse in Italia nomina ait, existimationisque suæ argumentum refert, quòd Romulus & Remus, & Faustulus, neque prænomen ullum, neque cognomen habuerunt.* Exinde Poldus l. all. pag. 188. *Ante raptum,* inquit, *Sabinarum Romani nonnisi unum nomen habebant, ut Romulus & Remus, postea unum ex Sabinis, & hi vicissim addiderunt:* Eutr. l. 1. cap. 4. Sunt verò, qui ab utroque dissentiunt, ut ipse agnoscit Valerius, prætendentes matrem horum Rheam Silviam vocatam, avum Silvium Numitorem, fra-

trem

trem eius Amulum Silvium,& superiores Albanorum Reges, Capetum Silvium, Agrippam Silvium, posterioresq; duces Metium Suffetium, & Tutorem Cloelium vocatos. Nec contenti his ad Sabinos transgrediuntur,& Titium Tatium, Numam Pompilium,& patrem eius Pompum Pompilium, eius denique regionis principes enumerant Pirtilianum Lavianium, Volesum Valesium, Metium Curtium, Album Funisillaticum. Ex Tuscis recitant Lartem Porsennam; ab Æquicolis, Septimum Modium, primum Regem eorum, & Sertorem Resium, qui primus jus feciale instituit.

§.9.) Atque sic Varronis sententia subruitur. De hoc Alexander ab Alexandro l. 5. c. 4. *Nemo Romanorum sine prænomine appellabatur: idque ex eo institutum, quòd quum inter Romulum & Tatium societas & communicatio imperij inita esset, ut una consensio, unus populus, una mens, atque idem corpus, sublato discrimine notaretur: ut ROMANI Sabinorum, & SABINI Romanorum nomina suis nominibus præponerent, æquato regni jure, & consociato imperio, cautum fuit. Quare prænomina veterum fuisse ex Sabinis nominibus deducta, multorum opinio fuit. Quinetiam excellentes viros & principali dignitate insignes, solis prænominibus nominâsse, magnificentius, honestiùsque duxere, tanquam ob illorum amplitudinem vulgò noti & conspicui forent.* Ita Servius: *Inferioris personæ reverentia est maiorem meritis appellare, non nomine: contrà maioris est, minorem nomine tantùm vocare, quasi ordo nonnisi per indignationem corrumpitur &c.* vide Soranum in voce nomen. Certè adhuc num rustici

nostri,

noſtri,aliique non modò ſervos ſuos,ſed & filios, jam conjugatos,& prolium parentes,puerorum nomine vocare ſolent.Valer.Max.*Romanos arbitrandum eſt maximè ab Albanis & Sabinis multiplicandorum nominum conſuetudinem traxiſſe, quoniam ab illis orti ſunt*.Laur.Valla in Raudenſem m.p.745.*Veteres Romani terna ſinguli ferè nomina habebant. Et nomen quidem atque cognomen omnium eiusdem familiæ commune erat, prænomen verò tantùm ſingulorum, & ideò proprium nomen, quo ſe invicem gentiles vocabant.* Notat tamen Corvinus in Lucio Munatio Planco, patrem,avum & proavum eodem prænomine habuiſſe. Iidem Romani, antequam togam virilem ſumerent,prænomen non habebant, neque fœminæ ante nuptias,ex Q.Scævolæ teſtimonio. Generale, ſeu commune nomen utriusqne ſexûs homines,& quidem juxta ætates varians, habebant:de quo conſule Camerar.Commentar.de in lingg.à pag.18.Poldus pag. 188.l.cit.*fœminæ ex teſtimonio Plutarchi nonniſi duo nomina habebant, frequenter autem terna viri,ita & Hebræi,ſicut Philo docet in Breviar.temp*.part.2.& ult. Variat Badius in Saluſt.pag.212.a.edit.Baſ.fol. anni 1564.*Mulieribus*,inquit,*non fuiſſe prænomina, docet Plutarchus in Caij Marij vita. Appellabantur autem vel gentis nomine,ut Licinia,Cornelia,Sempronia, vel cognomine,ut Metella,Lepida.Feſtus verò ait: prænominibus fœminas quoque eſſe appellatas, teſtimonio ſunt Cæcilia & Tarratia(Terentia) quæ ambæ Caiæ ſolitæ ſunt appellari:pari modo Lucia & Titia.* Ita Alex.ab Alex.l.1.c.9.f.*Fœminæ Romanæ duo tantùm nomina tulerunt,mares verò tria, ſæpius quatuor.*

tuor, prænomen, cognomen, agnomen, & nomen, idque nobilitatem generis monstravit : rarentérque autem mulieres prænominibus utebantur, mares verò frequentissimè. Námque cognomen & agnomen mulieri non dabatur. idem l. 5. c. 4. *Romanæ mulieres sine cognomento, solis prænominibus, adiecto nomine, denominantur.*

§. 10.) De iisdem Valerius : *Antiquarum mulierum in usu frequenti prænomina fuerunt Rutilla, Cæsella* (Cesella fortè à Kæsonibus) *Rodocella* (Rodocilla) *Murcula* (forsan à mure, nî alii Codices haberent Mutrulla): *Burra à colore. Ista prænomina à viris tracta sunt Caia, Lucia, Publia, Maria, Numeria. Cæterùm Caia usu super omnia celebrata est. Fertur enim Caiam Cæciliam Tarquinij Prisci Regis uxorem optimam lanificam fuisse : & ideò institutum esse, ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quænam vocarentur, Caiam se esse dicerent C. Titij.* Varro l. 2. de Anal. In Latio dicitur Terentius vir, Terentia fæmina, Terentium genus. In prænominibus ideò non fit idem, quòd hæc instituta ad usum singularem, quibus discernerentur nomina gentilitia, ut à numero secunda, tertia, quarta : in viris, ut Quinctus, Sextus, Decimus, sic ab aliis rebus, cùm essent duo Terentij, aut plures discernendi causâ, ut aliquid singulare haberent, notabant forsitan ab eo, qui manè natus diceretur, ut is Manius esset, qui Luce Lucius &c. è quibus quædam item cecidisse in fœminis, declarant prænomina antiqua mulierum, Mania, Lucia, Posthuma &c. vide Plutarchum in Mario contra Posidonium, & in quæstionibus. In lapidibus quoque eadem reperiuntur, ubi

ubi tamen postponi quandoque consueverunt, unde Salvia prima, Livia Quarta, Nonia Quinctula, quod idem in viris Livius etiam fecit, uti Attius Tullus, Attius Næus, Manlius Cueus, Octavius Metius. Sicut alibi species sæpe pro genere accipitur, uti cùm haruspex sumitur pro mago, ita hoc loco prænomen, vel cognomen pro ipso nomine accipitur, aut etiam inversio fit, adeóque difficultatem haut levem parit. Ita doctissimus Menagius in Diogenem Laertium p. 1. observat Diogenem Laertium à Photio in Bibliotheca Laertium Diogenem nominari, ac subjungit: *Ita scriptorum nonnunquam præponi solent cognomina, præsertim à patria desumpta, uti hoc loco, qui dictus à Laerta Ciliciæ op. potiùs, quàm à Laertio patre, adeóque ἐθνικὸν, non πατρικὸν nomen, aliàs Diogenianus etiam vocatur.* Atque hoc loco notandum occurrit, malè in librorum indicibus prænomina in alphabeto observari, cùm nominis potiùs ratio habenda fuisset, quandoquidem nimis communia sunt prænomina, nec etiam cuique cognita.

§. 11.) Claudius Cæsar, ut habet Suetonius, peregrinæ conditionis homines vetuit usurpare Romana uomina, duntaxat permittens gentilitia. Ita alia servorum à liberis erant nomina, inprimis à provinciis devictis, ut Geta, Davus, Syrus &c. Sanè apud omnes gentes, ut servorum & mancipiorum satis misera fuit conditio, sic in nominum usurpatione melior non fuit ratio. Adisis Alex. ab Alex. l. 5. c. 4. de servis, mancipiis, manumissis, adoptivis, addictis, abscissis, lenonibus. Nomina liberorum in filios transibant interdum in-

tegra

tegra, interdum parùm immutata, ita Suetonius Tranquillus patrem habuit, cui nomen Suetonius Lenis. Aliqui tum patris tum matris nomen sumebant, ut Aurelius Antoninus. Phileticus in Cic. Ep. 2. l. 2. p. 39. ait, *inter plures nominis species prænomen est, quod antefertur nomini, & id aut una, ut P.* (id est Publius) *aut duabus, ut Cn.* (id est Cneus) *aut tribus literis explicatur, ut Sex* (id est Sextus) *idque ex fœdere Romanorum cum Sabinis ortum.* Vide prolixè Frisium in Lexico maiori, Præf. col. ult. cumprimis Valerii Probi Grammatici de literis antiquis opusculum: inscriptiones Gruteri, alia. Sicut autem C. (Cajus) commune viris prænomen: ita Caia mulieribus, quod posterius inversa nota scriptum Ɔ. uti ex eodem Probo, aliísque veteribus Grammaticis atque lapidibus perspicuum. Ingenui etiam prænomen, nomen & adnomen, in literis, aut insignibus suis tribus literis initialibus notare solebant, ut pro Quinto Valerio Maximo Q.V.M. Hinc vulgi jocus de trium literarum homine, ironicè, sive in eum, qui generosus & ingenuus videri cupit, toto verò cœlo abest. Plautus in Aulularia jocum in servum furacem detorsit, addit etiam fur, trifurcifer. De hoc usitatissimo Judæorum more scribendi per capitales literas, seu per abbreviaturas, Buxtorfium consule. Aliàs de nominibus Romanis Sigonium adi: Item Onomasticon Romanum Glandorpij, à Reinero Reineccio editum. Plutarch. l. 18. c. 3. Macrob. l. 1. c. 6. Gal. l. 9. c. 2. & l. 10. c. 4. Polit. in miscel. c. 31. Ludolfi Potteri Etymologiam propriorum nominum. Etymol. Becm. pag. 583. seq. Fung. alios sexcentos. Monet

hoc

hoc loco Alex. ab Alex. l.5.c.4. uti Titus à titulo, quod talis proprio, certo & legitimo patre natus, suum titulum usurpare poterat, ita contrà olim moris fuisse, ut quum sine patre certo aliquem notarent, illum non exarata dictione, sed per simplices divisásque literas, scil. per S. & P. (sine patre) significarent. Inde Spurij nomen aliqui derivant, at rectiùs ἀπὸ τῆς σπορᾶς: Valerio qs. ἀπὸ ῥοῖ.

§.12.) *Omnia*, inquit Valerius, *quæ ad unumquemque nostrum definiendum excogitata sunt, eadem vim significandi hominis obtinent. Quod per proprietatem dicitur, hoc distat, quia eo mens cognoscitur, ideóque dicitur Gentilitium. Cætera ordine variantur. Nam quod præponitur, Prænomen: quod postfertur, Cognomen: quod ad ultimum adijcitur, Agnomen est. Horum tamen series non ita semper servata est. Perplexus enim usus prænominum & cognominum in Consulum fastis, unde dictum Postumus Caminius Aruncus, Postumus Æbutius Elva, & Vopiscus Julius &c. Quinetiam quædam cognomina in nomen versa sunt, ut Cæpio: námque hoc in Bruto locum nominis obtinuit.* Idem profectò in Deorum historia observare est, dum illis pro gentium, rituum, linguarum, ac virtutum varietate, variè nomina mutârunt, unde ex nominum multitudine malè Deorum multitudo colligitur. Quídpe unum Deum titulorum placari varietate vanissimè sibi persuadebant. Rupertus in Valer. Maxim. pag. 58. Cœterò triginta Varronis prænomina hæc fuisse videntur: Agrippa, Appius, Aulus, Cæso, Caius, Cnæus Decimus, Hostus, Lucius, Mamercus, Manius, Marcus, Numerius, Opiter, Posthumus, Proculus, Publius, Quinctius, Ser-

vius,Sestus,Spurius,Tiberius,Titus,Tullus, Vibius,Volero,Vopiscus.Peregrina verò prænomina fuere Ancus,Arvus,Lar,Lucumo,Metius, Numa,Petro,Pompo,Sertor,Tallus,Turnus, Volusus.

§.13.) Cognomen Græc.ἐπώνυμον, ἐπωνυμία. Ex Valerij, aliorúmque confessione jam patet, quàm ambiguè hic terminus accipiatur. Id aliqui pro Gentilitio nomine sumunt, definiúntque, quòd illud majorum sit,à sanguine vel de familia derivatum,ut Julius à Julio Ascanio: Cornelius à Corneliorum familia. Ita Alex.ab Alex.l.5.c.4. *Literis proditum,ut nisi inter ingenuos,aut ex ingenuis oriundos,nullum gentilitatis cognomen foret, nam servorum libertorúmque nulla cognatio, nec gentilitas erat.Apud Athenienses verò constitutum est,ut nemo ex fœmina genitus maternum sibi nomen adsci sceret:nam fœminis indere familiæ cognomenta,lege vetabatur.Id quod æquè à Romanis factitatum comperimus. Tum, ne quis illas Athenias vocaret,edicto cautum fuit.E diverso apud Lycios: nam ex matribus, non patribus gentilitia fuere nomina, filiásque non filios suos habuere hæredes: plúsque honoris fœminis,quàm viris tributum est.* Sæpius tamen cognomen non prænomen, sed ipsum nomen gentile sequitur,variísque de causis imponitur.Ita Metelli plebeij fuerunt apud Romanos omnes,ut docet Livius libr.9.Verùm clari victorijs & magistratibus,omnésque appellati Cæcilij. Notati sunt cognominibus,seu attributis singularibus,ut Metellus Cæcus,Macedonicus, Balearicus,Numidicus, Creticus, Dalmaticus. Sunt autem cognomina vel propria,vel impropria: impro-

propria per similitudinem aliquam imposita, qualia plura Erasmus in adagiis habet, ita Bergæus pro fabulatore sive nugatore accipitur, ab Antiphane Bergæo, inde βεργαΐζειν, fabulari, nugari. Sic Mecænas sive Mæcenas (Græc. Μαικήνας item Μηκαίνας) vir clarissimus, doctorum amantissimus, & liberalissimus patronus: metaphoricè quivis studiorum præses, promotor, & fautor &c. Propria cognomina vel à professione orta: horum prolixum catalogum ordine texit Joh. Ravisius Textor in officina sua à pag. 135. ad 145. & pag. 277. seq. edit. Genev. anni 1626. utpote abjetarius, amphorarius, atriensis, argyrognomon &c. vel ab habitu sumpta, seu casu, sive naturalibus corporis, utpote Agrippa, Vopiscus, Plancus, Pansa, Sylla, Burrus &c. ib. à pag. 145. vel à militia, ut Centurio, Tribunus, Chiliarcha, Myriarches: Hastarius, Triarius, Antesignanus, Ferentarius, Sagittarius, Funditor, Ballistarius &c. p. 303--309. alia à genere, sicuti avus, proavus, abavus &c. pag. 148. Hoc loco notandum, cognomina clarissimarum familiarum Romanarum à leguminibus desumpta. Ita fortes illi atque acri ingenio viri, quicquid à Reipublicæ muneribus ocij ac laxamenti habebant, id plerunque in exercendis agris, & colendis frugibus ponere consuevisse: neque sementes terræ jacere, neque vites amputare, aut agros stercorare, vel irrigare fastidio unquam duxisse. Inde multi cognomina traxêre: ut Pilumni, qui pilum in pistrinis invenerunt: Pisones à pinsendo: item Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, Pisonum nomina, ut quisque aliquod optimum leguminis genus sereret, vide Plin. l. 18. c. 3. Non

minus cognomina virtute parta erant nobilitatis & fortitudinis indicia.

§. 14.) Agnomen i. q quasi adnatum nomen ex aliquo eventu: Tribus autem modis accipitur à fortuna, uti Africanus, Germanicus, Dalmaticus &c. vide Alex. ab Alex. l. 5. c. 11. à corpore, ut Crassus, Longinus &c. ab animo, ut Pius Æneas, Tarquinius Superbus &c. Patronymica, quæ à patrum & majorum nominibus deducuntur, ut Priamides, filius Priami : Thestias, filius Thestij. Gentilia, quæ gentem, aut patriam denotant, sicut Romanus à Roma. Gentilitia nomina Varro putat fuisse innumera & prænomina circa XXX. vid. Speidel. in quæst. jur. lit. F. §. 7. tit. familia. Althus. in polit. p. 26. Gens à familia differebat velut latius patens, una enim eadémque plures plerunque familias complectebatur. Sicut familiæ, ita & cognationi, seu genti communio erat jurium & privilegiorum, usurpatio item cognominis gentilitij & insignium eorundem : ita gens Juniorum, Juliorum, Valeriorum, Æmiliorum, Corneliorum, Aureliorum, Manliorum, Marcellorum &c. Sic ab Israel Israelitæ, ab Juda Judæi, à Levi Levitæ &c. quorum duces Patriarchæ & capita familiarum dicti. Sanè XII. tribuum Israelis accurata habita ratio, ídque ob futurum Messiam, ex tribu Juda oriundum : hinc prolixa sæpe & laboriosa genealogica occurrit recensio. Ita non minus, quia multi viri celebres cognomines reperiuntur, multam hoc difficultatem, dubiam historiam, & ψευδεπιγραφὴν aliquando parit, id quod in Onomasticis inter cætera claret : quare optandum, ut alijs differentibus nominibus accuratè à se invicem

vicem

vicem distinguerentur. Sic, exempli causâ, plures in rerum natura extitêre Isidori, Pelusiota, Hispalensis, Consul, Presbyter, Martyr, Mercator, Cordubensis, &c. Si duo cognomines sint, ex ætate rectè distinguuntur, senior, junior, prior, posterior: pater, filius &c. ex patria &c. vel ex ordine successionis, uti Henricus Imp. 1.2.3.&c. Clemens 1.2.3.&c. Patriam autem appellant modò cunabula, locum natalem, ubi infantia primùm vagijt; modò civitatem, non quidem natalem, sed cuius jure donati sunt: hinc aliqui diversis nominibus notati reperiuntur, inde Vossius de histor. Gr. l.4.c.4.p.361. Pherecides Lerius & Atheniensis dictus; Dionysius cognomento Thrax, patriâ erat Alexandrinus, & tamen Rhodius vulgò appellatus. Apollonius patriâ Alexandrinus, sed ab habitatione etiam Rhodius vocatus. Veteres Romani & Græci, ac plerique alij, patriam dicebant, ubi quispiam monstrare posset sedem parentis, & originem gentis suæ. Sic Claudius Imp. quamvis Lugduni esset natus, non dicebatur Gallus, sed Romanus. Ita dispersi licet Judæi, tamen à gente & tribu se denominant: interdum tamen simul à nativitatis loco cognomina quoque accipiunt, utpote Hispani, Germani, &c.

§.15) Doctè de nomine, eiúsque speciebus Althus. l. cit. p. 27. *Prænomen*, inquit, *familiæ nomen præcedebat, & distinguendorum filiorum & nepotum causâ inventum erat. Nomen interponebatur, quod gentilium dicebatur, originem gentis demonstrans, & in ius plerunque desinebat, ac erat συγγενικὸν & πατρωνυμικόν; Cognomen sequebatur, quod inventum erat, ut eiusdem gentis varias familias inter se*

 distin-

distingueret, atque sumebatur vel à virtute, moribus, arte, studio, urbe, regione, loco, eventu, à membro corporis, vel corporis habitu, vel ab ortu, fortuna; vel à brutis animantibus. Agnomen, quod quidam quarto loco addunt, fuit i. q. Cognomen. Apud nos haud rarenter duo, tria, vel plura etiam prænomina uni imponuntur, ut Johannes Rodolphus, Beatus-VVihelmus &c. Linea quoque recta ab obliqua seu collaterali in gente distinguenda, ita enim fieri potest, ut una gentis familia egregiè floreat & crescat, nobilitetur & illustretur, alia verò humi & in tenebris, in situ & squalore jaceat. Retinent illustres & nobiles quidem familiam, simul tamen à locis denominantur ab arcibus seu sedibus, sive dominijs. Saxones seu veteres Germani familiam & insignia mutare non ausi, unde Heroldus rationem huius legis accuratam habuit, ídque rectißimè ad confusionem vitandam. Mutant hodie vel ob infamiam stirpis, vel propter hæreditatem adeundam &c. Gentis terminus hoc loco non nationem, seu regionis alicuius populum, qualis est gens Germanica, Helvetica &c. sed generis originem seu stirpem significat: aliàs ab ipsa gente seu populo nomina & verba oriri possunt, utpote Syrus & Geta: ita Chaldæus pro mathematico, punica fides pro fraudulenta, hinc etiam fit, ut singulis gentibus, & ferè etiam urbibus, atque locis exiguis certæ proprietates adscribantur: Locros Ὀζόλας i. e. olidos, ab ὄζειν olere vocant. Apuleius eruditos appellat Ægyptios, Judæos superstitiosos, Nabathæos mercatores, fluxos vestium Arsacidas, frugum pauperes Scythas, odorum divites Arabas &c. Adi officin. Text. part. 1. p. 150. 151.

Munst.

Munſt. Coſm.l.3.c.20. Garneri Dialogos Italicos initio, edit. Genev. 1627. Camerar. Comment. p. 114. & infrà §.

§. 16.) Patronymica πατρωνυμικὰ, quia à patris nomine deſumuntur, unde originem generis declarant. A parente alterutro, aut majoribus (interdum etiam à fratribus, regibus &c.) derivantur: ut Anchiſiades, id eſt, Æneas, Anchiſæ filius: Iliades, id eſt, Romulus, Iliæ filius Αἰνειάδης, Æneades, ab Αἰνείας, Æneas, quaſi laude dignus, laudabilis, ἱπποτάδης, hippotades, ab ἱππότης, hippotes, eques, ita ἑκτωρ πριαμίδης. Hinc certè patricij, ob familiæ antiquitatem, quibus novitij & advenæ opponuntur. Neque verò diuturna & perpetua hæc eſſe, Bodinus demonſtrat, Meth. hiſt. c. 9. pag. 392. edit. anni 1650. Vnde vehementer principes falli judicat, qui nobilitatis ſuæ decus ab extrema memoria repetunt, aut ſempiternum fore ſperant. Exemplis autem probat, utpote Æacidarum, & Heraclidarum, quæ apud Græcos clariſsimæ fuerunt, Juliæ item apud Latinos &c. Ita nec genealogiæ ullæ certæ, quandoquidem omnia confuſa, ridiculáque quæ vulgò prætenduntur, utpote de Trojanis, & neſcio, de quibus alijs originibus. Gloriari quidem olim Judæi de progenitoribus & tribubus potuerunt, at deſijt jam iſthæc laus ob divinam vindictam, quâ diſperſi miſerè & confuſi fuere. Confer Eſræ 2.62. Nihil igitur conſtans & perpetuum ſub ſole. Multò minùs nos inſtar Judæorum genealogias jactemus, aut inferioribus inſultemus. Gentilia nomina, quæ patriam, vel gentem, vel partes etiam, ſectámve denotant, ut Romanus, Macedo &c. Inter hæc au-

tem scriptores quandoque sic distinguunt, ut desinentia in VS dicant de loco originis, in ENSIS verò desinentia de loco habitationis, vel venditionis & conditionis, ut Romanus, Romanensis, German. Römer/Römische. Sic Græcus, Græciensis. accidens aliquod singulare interdum pro nomine proprio accipitur, ut arida pro terra &c. ita & hîc eadem ratio obtinet, uti Vestifluus pro Lydo, quia vestes eorum laxæ erant: Septifluus pro, Nilo, à septemplici flumine promanans. Si familia aliqua valde sit propagata, ita ut in subfamilias distingui possit, GENS dicitur, unde in una gente plura erant capita. Sic Romæ gens Fabiorum, in Scotia Moraviorum. Etsi autem in qualibet certa fuerint capita, prout apud Hebræos XII. Phylarchi, tamen omnium unius gentis caput superiùs esse potuit, sicuti Jacobus XII. tribuum, Alex. ab Alex. l. 3. c. 20. *Athenienses Harmodij & Aristogitonis, qui Hippiam interfecerunt, velut devota nomina libertati, tanti fecerunt, ut legem sanxerint, ne illa servis indere liceret. Quo exemplo Domitianus Metium Pomposianum, quòd nomina Magonis & Hannibalis servis indidisset, supplicio affecit, tanquam clarissimorum virorum nomina servili contagio polluisset.* Quidni verò summam D. N. I. Christi humilitatem inde perspiceremus, quòd nos fratres suos, omnésque in commune Christianos vocitari voluit? Gentile nomen αὐλίδιος, aulide natus, ab αὐλὶς, r. ὁ ς fistula, tibia, ab ἄω, flo, vel ab αὔω, clamo.

§. 17.) Possessiva nomina sunt, quæ possessionem aut proprietatem aliquam denotant, ut herculeus, regius, herilis, patrius, fraternus &c. Diminuti-

nutiva, quæ diminutionem sui primitivi significant, ut Syriscus à Syrus, ein Menschlein/Mändlein auß Syrien: Agellius ab Agellus, & hoc ab ager. Βάθυλλος, Bathyllus, à βαθυκλῆς, à profunditate. Θράσυλλος, Thrasyllus, à θρασυκλῆς, ab audacia & temeritate. Ἄρισολλος, Aristollus, ex ἀρισυκλῆς quasi optimus. Θεύχαρις quasi Θεόχαρις. Ζώϊλος, Zoilus, ex ζωὸς, vivus. Χοιρίλος, choerilus, porcellus, ex χοῖρος, porcus. Μέγιλλος, Megillus, ex μέγας, magnus. Φιλῖνος, à φίλος, amicus. Χαρῖνος, à χάρις gratia. Ἀμύντιχος, ex amyntas, ἀμύντας, quasi ultor, propellens, opem ferens. r. ἀμύνω. Λεόντιχος, Leontichus, G. Lewlein/ex λέων, leo, Lew. Θυάνιχος, ex θύων, sacrificans: hinc Bacchus Thyanæus, quia ei adhuc vivo sacrificârunt. Ἡφαιςίων, Hephæstio, ex Ἥφαιςος, Vulcanns. Ἠετίων, Jetio, ab ἀετὸς, aquila. Ἀχρίων, turpio, ab αἰσχρός. Ὑδύλος, ab ἡδὺς, suavis, jucundus. Σιμύλος, simulus, à σιμὸς, simus. Μικύλλος, Micyllus, ex dor. μικκὸς, parvus, pro μικκύλος. Τελέσιλλα à τέλεσις, perfectio. Πράξιλλα à πρᾶξις, actio. Νίκυλλα à νίκη victoria. Κλήσυλλα, Ctesylla, à κλῆσις, acquisitio. Κόριννα, à κόρη, puella. Φίλιννα, à φίλη, amica. Μητίχη è μῆτις, consilium. Ἀναξὼ ab ἄναξ, rex. Θεανὼ à Θεὰ, Dea. Ἀμαρυλλὶς ab ἀμάρα fossa, meatus. Κοτυταρὶς, parva Cotyto, è κοτυτῶ, quæ turpitudinis Dea. Hæc nomina ὑποκοριστικὰ q. d. subblandientia dicuntur, blandiri quidpe per deminutiva solemus.

Denominativa, quæ à nominibus derivantur, & nec sunt patronymica, nec gentilia, nec possessiva, nec diminutiva: ut φίλων, philo, à φίλος. Λέαινα, Leæna, à λέων, leo. Στωμύλος, loquax, à σόματος. Megistan, pl. Megistanes, à s. μεγισᾶν, hoc à μέγισος.

 Ver-

Verbalia, quæ à verbis derivantur: ut ἰδαῖα ab ἰδεῖν, vidiſſe, hinc Jdæus, Jdicus, ut & Jda mons.

De proprijs Græcorum nominibus Phileticus in Cic. pag. 2. ita habet: *Pauca ſunt, aut nulla omnino, ſine alterius rei ſignificatione: ita Hippolitus ideò appellatus, quòd fuiſſet ab equis diſſolutus, ab ἵππος & λύω. Aliud certè fuerat nomen priùs, quod eſt ab hoc obſcuratum.* Sic Hector dictus, quòd ſolus haberet ſub ſua defenſione patriam, quaſi defenſor & tutor patriæ. Id ſentit Plato, dum ait, Hectorem ideò appellatum, quòd urbem contra hoſtium impetum tenuerit, patriámque defenderit. ἔχω unde deducitur, habeo ſignificat & teneo. Tenere verò propriè gubernare eſt, tueri ac defendere &c. Sic Hammonium nomen ab arena adpellatum dicimus, quam Græci ἄμμον vocant, unde & Jupiter Hammon, Amonius, quòd in arena Libyca coleretur. Græcorum itaque nominum propriorum origines ex hiſtoricis atque lexicis pleræq; deſumi, vel formari poſſunt. De his Alex. ab Alex. l. 2. c. 11. *Apud Græcos non ab oppidis & provinciis, ſed à rebus geſtis magnificè, Soter & Callyneos dicti: à forma & ſpecie corporis, Pythos & Cyrippus, ab excellentia crurum, Eucnemos: à virtute, Evergetes & Philadelphus: à fortuna felicitate Eudemos: à multiplici victoria Nicanor, ab urbium expugnatione Polycrates, à fortitudine Acherſites, aut Aquila, vel fulminis nomina fuere, qua re Pyrrho ab Epirotis Aquilæ nomen inditum, à multiplici doctrina Polihyſtor. ab optimo conſilio, Ariſtobulus dicti. Quibusdam regibus livor & vitium, nonnunquam ignavia & nequitia cognomentum dedit, quippe Antiocho, regi Macedoniæ, quòd multa promitteret,*

ret, parum efficeret Doso, Ptolomaeo, Lamyro ob vitae turpitudinem nomen fuit. Antigonus quoque à rapacitate Hierax, & à genuum magnitudine Gonatus. Alij à verborum obscuritate Scotini, & ab Amentia Choalemi, atque ob fictos mores Laconistae notam nominis tulere, sicut Xenarchus & Rhodius à bibacitate Metretes, & Atheniensis Diorinus Chone, hoc est, infundibulum, quò illo apposito affatim hauriret. Demochares verò ob procacem linguam Parrhasiades & Demosthenes, ob morum veritatem, Arges serpentis nomine appellati sunt. Inter quos Varro sophista à forma nasi ciconiae comparis Pelargus nomen factum. Nonnullis verò ob claritudinem Lychni duxere nomen, sicut Artaxerxi, Mnemoni, quòd memoria valeret, Pericles summus Orator ob dicendi elegantiam & sermonis magnitudinem, Olympius: Dion, Chrysostomus: Phocion ob frugalitatem, Chrestus seu bonus: Cleomenes & Ptolomaeus, Benefactor nuncupati, Aristides ob morum sanctitatem, Justi. Callimachus propter studium mirae artis, Calotechnos, sicut alter ob artis calumniam Cacotechnos sumpsere nomen. Alcaeus tamen Pitaccum Sarapodam, quòd latos haberet pedes, cognominavit. Antiochus verò Syriae rex, elatus supra modum hominis, cùm vanum titulum venditaret, cognomento Deus dici voluti, sicut apud Romanos Domitianus, & Caius princeps, qui Optimum Maximum, & Latialem Jovem se dici jussit.)

§.18.) Veteris & Novi Testamenti nomina propria humana multi docti ex Hebraea & Graec. linguis illustrârunt & enodârunt, ita ut ad illos relegetur lector, ne quid perfecti à nobis hic expectet. Inter plures alios executi sunt hoc R. Ste-

pha-

phanus, Gregorius Gregorii in Lexico sancto: Arias Montan. in Bibl. Complet. T. 6. quod ad N. T. Pasor in appendice Lexici. Sic universale dictionarium historicum Carolus Stephanus nobis dedit. Posteriorum Hebræorum nomina in ipsorum scriptis, uti in Talmude, Misnajot &c. in versis atque vulgatis eorundem tractatibus, ceu in clavi Talmudica, in Pirke Abot &c. maximè etiam in Bibliotheca Rabbinica Cl. Buxtorfij, in eius Masora reperire licet. Sequioris ætatis Judæi accurata nimis diligentia nominibus honoris titulum aliquem, uti Rab, Rabbi, Ribbi, Rabban, Hacam, (sapiens) Nasi (princeps) Mar, Marenu, Gaon, Theonim &c. vel præmittunt, vel postponunt, de quo alibi fusiùs. Observandum etiam, ubi apud Judæos nomen aliquod solùm accipitur, vel epitheton pro nomine proprio, id excellentiæ & eminentiæ causâ fieri, prout hodieque Prophetarum, Evangelistarum, & Apostolorum nomina κατ' ἔπαινον, licet alii plures his nominibus veniant. Imò Apostoli nomine eodem sensu, tanquam omnium excellentissimus, Paulus intelligitur. Fortè jam Petrus Papæ, aut Principis, Summi titulum obtinuit. Ita apud eosdem generali epitheto pro speciali, seu pro proprio nomine, addito tamen articulo demonstrativo, certus aliquis vocatur sic הצדיק justus, הקדוש sanctus, הנשיא Princeps: de hoc Majemon cap. 6. in Misna: *Nomine Rabbi intelligendus est Rabbenu* (doctor noster,) *Haccadosch* (ille sanctus,) *ipsius Misnæ compositor, is est R. Jehudà Princeps.*

§. 19.) Eadem ratio in Rabbi, Ribbi &c. vide clavem Talmud. Lempereurij tract. l. c. 3. pag. 25.

item

item Bibliothec. Rabb. Buxtorf. à pag. 172. Sic Eleazarus Ὁ Δίκαιος, justus, à vitæ integritate: Jos. antiq. l. 12. c. 2. Sic Jacobus primus, & Judas tertius Hierosl. Episcopi dicuntur, propter virtutum prærogativam, vide Euseb. Hist. Eccles. lib. 2. c. 1, Rabban Gamaliel senior, à tempore. R. Chanina præpositus sacerdotum. R. Johanan sutor, artificia enim usitatè exercere soliti. Nathai arbelites. Chanania vir oriundus ex Ono. R. Chotsi interpres. Aliquando in scriptis illorum nomen alicuius ob crimen reticetur, sive non exprimitur: apud eundem Lemp. c. 3. 1. Gr. οὐκ ὀνομαστός, ἄφατος. Ita Hecuba ἄῤῥητ' ἀνωνόμαστα, infanda, nefanda, indigna dictu vocatur. Camerar. de utraque ling. pag. 188. Usitatissimum autem Judæis ut patronymica nomina assumant, ut Rabban Simeon filius Hillel principis. Rabbi Moses filius Maiemon, quod abbreviatè רמבם hinc etiam vulgò Rambam audit. Et hoc in Veteri Testamento frequens: Num. 13. 5. &c. Jos. 7. 14-18. Quin eadem consuetudo apud multos Christianos hodiéque obtinet, cumprimis in Belgio, ut Georgius Georgi (scilicet filius.) Jacobus Petri &c. Gentilitia sunt, cùm dicuntur Israelitæ, Hebræi, Judæi &c. Per fratres etiam distinguuntur, ut Simeon frater Azariæ, Judas Jacobi scilicet frater, Chemnit. Harm. c. 50. pag. 515. Etiam tribûs (ficti nimirum, quia tribuum certa distinctio hodie ignoratur) nationis, regionis &c. nomina addunt. Sequioribus temporibus varia peregrina nomina assumpserunt, ut ipsi Apostoli quidam, sicut Andræas, Philippus &c. adeò ut ineptè Hebræa Etymologia in ipsis quæratur, Chemnit. l. cit. p. 514. Binomines,

mines, trinomines &c. esse quoque, supra jam docui: Ita R. Meir, etiam dicitur R. Nehorai, noménque eius præcipuum fuit R. Nehemia, talia in ipsa quoque scriptura reperiuntur. vide Dubior. Spanhem. part. 1. dub. 20. seq. & dub. 23. §. 18. Symphon. Scharp. Epocha 3. loco XVI. item Epoch. V. loco 42. & part. 2. Epoch. 1. loco 114. Illyr. de part. orat. tract. 3. p. 229. §. 2. Quædam propria significatione singularia, formatione pluralia, vid. Trem. ad Gen. 25. 3.

§. 20.) Liceat heîc ex præfatione Maiemonidis, quæ cap. 7. habet, producere: *In tres gradus*, inquit, *dividuntur dignitates Doctorum in Misna allegatorum: quemque in supremo gradu nomine suo vocabant, ut Hillel, Schammai, Abtalion. Idque fit propter magnificentiam eorum, & gloriam excellentiæ ipsorum, & quòd fieri non potuit, ut invenirent cognomen satis competens, quo possent honorare nomen ipsorum, sicut cognomen nullum habent Prophetæ. Verùm sapientes, qui in oculis ipsorum videbantur inferiores in dignitate, insignivit eos titulo Rabban, sicut Rabban Gamaliel, qui verò videbantur ipsis infimi in gradu, insigniebant eos nomine Rabbi, uti R. Meir, & R. Jehuda. Eos etiam, qui in hoc gradu erant, vocare solebant Abba, uti Abba Saul. Nonnnquam etiam præmittit cognomen ipsorum, nec ipsum curat, uti Simeon frater Azariæ, & Eleazar vir Barthotensis.* Ex cap. 8. *Quidam in Misna efferuntur juxta varias res, alij noti redduntur ab arte, quam exercuerunt, sicut dicitur Nahum scriba, R. Simeon Schezureus (qui fila torquebat): alij à terra, unde orti, sicut dicitur Vir ortus ex Chadid, aut Vir ortus ex Ono &c. ideò autem sic dicitur, quòd scitur*

tur locus ille, & gloria eius, quasi dicat, quòd hic vir, qui est ex loci illius incolis, verè debet vocari vir: alij noti redduntur à nomine patris sui, aut fratris, aut familia &c. His subjunge, quæ doctissimus Reinesius tr. de ling. Punica M. 2. habet: *Fuerunt, inquit, sapientibus & magistris Judæorum varij tituli, quolibet seculo ferè peculiares, & per eos Rabbini ætates mundi distinguunt. 1. Thannaim, i. e. Deuterotæ. 2. Amorraim & Amuddaim q. d.* γνωμολόγοι. *3. Seccaraim, i. coniectores, seu arbitri. 4. Haggaonim, i. magnifici, illustres, sapientes. Maiemon coniungit Gaonim & Karraim, i. scripturarios.*

De Turcarum cognominibus quædam Hottinger. Hist. Orient. l. 2. c. 5. Credentes se & Orthodoxos nominant, unde Imperator Muslimicus, aliter Imperator fidelium אמרא אלמומנין i. e. Amir-Almumenin: dictus etiam adjutor Imperij & Religionis. Rex à Muhammede decimus dici voluit עבר אללה servus Dei, inde Abdallæ nomen &c. Saladinus ille Ægyptius, qui postremò Christianis terram S. eripuit, Arabibus dicitur Zallahuddin Jusepho, Josephus restaurator, reformator religionis. Muaffeius occiso Habibo, cognomentum adeptus subvenientis religioni Dei. Ipsum Muhammedem vocant Apostolum, Legatum, Servum Dei &c. Aliàs Turcæ plurimùm nomini etiam patronymicum addunt, unde Omari inscriptio, Servo Dei Omaro, Ibn-Alchittab, Principi fidelium &c.

§. 21.) Mutare quoque superstitiosi nomen, in morbis præcipuè gravioribus adsolent. Et sanè hic usus satis antiquus esse videtur, neque tantùm apud fideles, sed infideles etiam: sic Parhoh Nechoh

choh 2. Reg. 23.34. Eliachimi novi constituti Regis nomen vertit in Jehojachim & c. 24. 17. Mathaniæ in Sidcijáhu: ad quod Petrus Martyr: Quâ causâ Babylonius ad id adductus fuerit, incertum est. Ita Danieli atque ejus socijs sua nomina mutavit Nebuchodonosor, seu quòd peregrinis nominibus offendi Babylonios crederet, seu quòd in nominum mutatione monumentum quoddam victoriæ statueret. Fortè hoc ideò hîc factum, ut jurisjurandi religionis, vel ipso nomine proprio Sedechiæ admoneretur. Existimandum certè haud mero humano consilio id accidisse, sed arcano quodam Numinis afflatu, impulsúque, nimirum ut aliquid majus pij Dei cultores observarent. Quemadmodum enim Mathaniæ nomine quod priùs erat, donum ac munus Dei, & Zedechiæ, quod posterius fuit, justitia Dei significantur. Sic Deus gentem Judaicam multis magnísque beneficiis hactenus affecerat: deinceps hoc regnante ingratos & rebelles justo judicio punivit. Imò longè priùs ipse Deus Abrami nomen in Abrahami mutavit, Gen. 17.5. Idque singulari ratione, quidpe prius patrem excelsum significat, posteriùs patrem excelsum multitudinis.

Olim civitate donati nomina eorum adsciscebant, qui donaverant: sic Theophanes civis renunciatus à Pompeio, dictus fuit deinceps Cn. Pompeius Theophanes. Idem faciebant Adoptati, puod traditione annali, inprimis autem testamento fiebat, unde in sacra patris adoptivi transibant. Erant enim tum private, tum publica sacra, illa etiam gentilitia dicta, & anniversaria erant, quæ suum habebant sacellum & locum statutum.

Ea

Ea patres familiâs pro arbitratu suo privata religione sibi constituebant: inde Hercules Fabiorum Deus, Apollo Augusti &c. Rupert. in Valer. Max. l.7.c.7.§.4.& lib.8.c.14.§.5. Similiter manumissi prænomina patronorum sæpissimè sibi arrogârunt, unde Marcipores, Lucipores, Publipores: Alex. ab Alex. l.5.c.4. Apud eosdem Romanos, sublatis explosísque veteribus nominibus, quos ad equestrem splendorem advocabant, ingenuorum veterúmque Romanorum nominibus nuncupabant, nequid nota nominis obsoleti collato honori officeret: idem l.2.c.29. ita benemeriti civitate ornabantur, non modò ut nomen mutarent, sed & à pudendis artibus abstinerent, ibid. l.4. c.10.

Neque tamen semper nova nominis impositio statim adimit nomen priús, prout rectè Cornel. à Lapide in Canonibus Pentateuchi §.17. monet, sic Genes.35.10. Jacob Israel vocatur, & Gideon Jud.6.32. Jerubbahal, id est, causam suam tueatur Bahal. Neque abs divino mysterio prius nomen obtinuit, quod i.q. Exterminator, à גדע, hinc Germ. jetten/ id est, außreuten. Híncque rectè notant docti nominum talium considerationem non modò linguis addiscendis, sed & rebus & mnemonicæ inservire, adeóque cuivis Christiano, cumprimis etiam Theologo convenire. Georgius Georgi præf. Lex. pag. 47. Talia nova nomina, sicut priora, ab eventu vel præsente vel futuro, à qualitatibus &c. deducta extant: erant ergo omina, monita, & notæ rei.

§.22.) Non modò autem ab iis, quibus fasces regii commissi, nec semper, sed ab aliis quo-

que nomen fuit mutatum, vide Tremel. in Esth. 4.22. inprimis in ægritudine, in delicto, pœnitentia &c. ut alium quasi hominem Deo substituant, seu novum. Sic Lifflandi intra VI. infantis ægri septimanas primas rebaptizant, & alia nomina dant. Olear. itiner. l. 2. c. 9. p. 109. f. Vide Synag. Buxt. c. 35. p. 429. & in Concord. præf. col. 11. Archang. in Cabbala à pag. 779. Reuchl. l. 3. c. 14. de verbo Mirif. ad Num. 13. 9. 17. Deut. 32. 44. ubi Hoseæ filii Nun nomen mutatum in Jehosua ob literam initialem nominis tetragrammati (,) quia quisquis aliqua sanctitate præditus existimabatur, is aliquam ex iis sanctis characteribus literam nomini suo nancisci vehementer optavit, actúmque hinc (ait) ut esset eò fortior, utpote quem cæteris exploratoribus Moses præfecit. Eadem ratione Abraham ex Abram, ex Sarai Sarah, &c. dicti censentur: vide Vivem in Aug. de Civ. D. l. 16. c. 28. & Theatr. Zuingg. vol. 3. lib. 3. p. 693. Apoc. 2. 17. c. 3. 12. seq. ex professo de hoc Menasse ben Jsrael, de termino vitæ. l. 2. §. 8. à pag. 107. Chemn. in Harmon. Evang. c. 24. ubi de Petro Petra, Cepha, Κεφαλῆ. & cap. 50. 512. ubi de Boanerges &c. Deus novum nomen suis dat: Esaj. 62. 2. c. 65. 15. etiam aliis in pœnam &c. Jerem. 20. 3. Ex pessimo certè fundamento Judæi huic rei sunt addicti, quia nomina propria in Magia multum posse statuunt, vide Reuchlin. de Verbo Mirif. l. 2. c. 11. & l. 1. c. 17. ubi Magiæ primi authores. Adeóque huc spectat eorundem Cabbala, quæ duplex, 1. Practica, quæ damnabilis, ceu quæ de incantationibus, amuletis & c. agit. 2. Theoretica, sive speculativa, cuius tres species (a) Gematria: ut quando

do

do שִׁילֹה יָבֹא veniet Schilo, eundem facit numerum, quem מָשִׁיחַ Messias. 2. Notaricon, ab antiquo Romanorum ritu Notariis usitato, sive publicis scribis, à notandis literarum & dictionum notis, ut sunt ר״ת Rosche Thebot i.e. capita, initia dictionum, vel ס״ת fines dictionum, itèmque vel directus, vel indirectus lectionis ordo. Sic ex initialibus literis Exod. 15. 11. formârunt Macchabæus. Ex רביבם Romanos, Babylonios, Jones, & Medos procudunt. Ita certè Cyprianus mirè sibi indulget libro adversus Judæos in voce Adam. Sic Lat. M. denotat mille: magistrum, Marcum &c. 3. Themurah, permutatio, vocatur etiam Happuc inversio, cuius tria sunt genera, 1. quando una vox in alias secatur, unde ex בראשית fit ברא שית creavit fundamentum. 2. dicitur Otiot, cùm literæ transponuntur, inde ex בראשית faciunt א בתשרי i.e. prima Thisri, Germ. Letter-Wechsel/ Buchstab-Wechsel/ Belg. Letter-Keer, anagrammatographia, anagrammatismus. 3. Ziruph, combinatio, quādo litera pro litera ponitur, uti in steganographia, sive oculta scriptura apud alios, ita apud H. ת pro א & vicissim. Alia species Cabbalæ est Zurijt, figurativa: inquirit, cur aliæ literæ majores, aliæ minores, aliæ superiùs, aliæ inferiùs positæ: item cum varia arcana, vel peregrina characterum forma adhibetur, sicut fuere apud Ægyptios hieroglyphica. Ita Judæi literas Κεραίοις sive apicibus insigniunt, quibus nomen Schaddai, vel Jehovæ exprimunt. Huc etiam maximè spectat Ilan hakkabbala, arbor kabbalistica, quomodo vocant decem Sephirot, numerationes seu attributa divina, super quæ tota Theologia kabbali-

ſtica ædificata eſt, quæ arboris formâ diſponere ſolent: alii à luciditate & ſplendore Sephirot dictas volunt. Inde nihil non extrudere conantur.

§. 23.) Malitioſiſsimi apellæ Chriſtum Servatorem noſtrum calumniantes, eum ex eadem arte virtute arcanæ pronunciationis nominis Jehovæ miracula ſua patrare potuiſſe ajunt. Vide Metaph. du Pleix. l. 9. c. 9. p. 49. Quæritur ergò hoc loco, 1. an nomen Jehovæ virtutem habeat edendi miracula. Lutherus in Schemhamphoraſch: alii qui Judaica tractant. 2. An nomen Ieſu ingrediatur nomen Jehovæ. Zimb. contr. 14. à p. 69. Ab his haud procul abſunt pontificij, quando monaſterium ingreſſuri, vitámque emendaturi nomen mutant, & aliud ſancti alicuius aſſumunt, maximè Papa poſt electionem, ſuum non retinet, vide malleum malef. p. 488. Malè Textor in offic. p. 277. ad ſeculum XII. & Joh. XII. initium refert, rectiùs Zuingg. Theatr. vol. 3. l. 3. p. 694. ad Sergium II. anno 844. electum, cui quum os porci antea diceretur, ad obſcenam nominis vocem tollendam, datum eſt, ut aliud ſibi nomen optaret. Manavit dein mos ad poſteros, ex Polyd. l. 4. c. 10. de rer. invent. Ranulphus l. 5. c. 31. tres rationes eius rei adfert; quia Chriſtus Apoſtolorum nomina mutârit, & quod ea res typum gerat vitæ inperfectiorem ſtatum commutandæ, & ne turpi appellatione pontificia dignitas deformetur. Szeged. in Spec. Pont. à p. 23. quinque recenſet cauſas, ob quas pontifices ſua nomina mutent. 1. quia unctionem maioris faciant ſuam, quàm baptiſmum à Chriſto ſuſceptum. 2. obſcœnitatem vocum, ut os porci, barbus, cibo, &c. 3. propter vocum deformitatem, ut Brunc, Gilbertus, Hilde-

brandus, Nolandus &c. 4. propter sexum. 5. Ingenium Papæ. Verg. de rer. invent. l. all. *Primus honos Romano Pontifici habetur, ut si minus pulchro honestetur nomine, ei statim creato liceat mutare, v. g. Si homo maleficus antea fortè fuerit, ut Bonifacius appelletur* : si timidus Leo : si rusticus Vrbanus : si improbus Innocentius: si ferox Clemens: si malè audierit Benedictus, ut saltem nomine pontifex ornamento sit dignitati. Tales ἐπερώνυμοι, contrarium nomen habentes, sunt dicti Gregorius Neocæs. ad diff. aliorum celebrium Gregoriorum: hic Thaumaturgus dicitur à miraculis, vide Bar. ad an. 233. Idem ille Theodorus priùs vocatus, ut notat Hieron. in Catal. Script. Eccles. Bonifacius Germ. Apostolus, à Gregor. II. anno 723. vocatus, priùs VVinfridus dictus, quasi Gewinfrid / aliter VVunfridus, Busæus in Epist. Hincm. pag. 112. & 200. Alex. ab Alex. l. 6. c. 4. p. 325. Romani Cæsares, quorum opera & virtute res Romana crevit, & imperii fines latè propagati sunt, post funera immortali memoria consecrârunt, & in Deos receperunt, qui ob æternam gloriam Dij indigetes dicti, nominibus plerunque mutatis, & novis cooptatis, siquidem Romulus, Quirinus, Juno Matuta : Leucothea, Albunea : Melicerta, Palæmon & Protumnus : Leda, Nemesis &c. dictæ sunt Augustus, Jupiter : Livia, Juno: Drusilla, Venus Panthea &c. Imò vivi divinitatem sibi adscripsere, unde ex Diis genitos se aliqui finxere, vide Rupert. dissert. in Valer. Max. l. 1. c. 1. seq.

§. 24.) Reges communi & proprio nomine vocati, ita à Murrano prisco Latinorum R. omnes eius successores Murrani dicti. Inde Servius: Scimus plerunque solere fieri, ut primi Regis no-

men etiam reliqui possideant, ut apud Romanos Augusti vocantur, apud Albanos Silvii, apud Persas & Parthos Arsacidæ, apud Ægyptios Ptolomei, apud Athenienses Cecropidæ. Ita Text. off. p. 151. Argivorum Reges dicuntur Abantiadæ, Persarum Achæmenidæ, Syriæ Antiochi, Arabum Arabarchæ, Lycorum Lybiarchæ, Thebanorum Labdacidæ &c. Privatim verò, seu cognomine, sive singulari epitheto quisque distinguebatur, uti apud Parthos alius Orodes, alius Phrahates &c. item in Ægypto priores Reges Pharaones, i. liberi, franci, summi Domini; quod nomen postea Ptolomæus Lagus mutavit, à quo posteri denominati, simul tamen epithetis distincti, unde hujus successor Ptolomæus Lagi filius dictus, alius Philadelphus, alius Evergetes, Philopater alius, alius Epiphanes &c. quorum rationem vide apud Alex. ab. Alex. l. 1. c. 2. ubi copiosè de pluribus aliis. Confer Bernegg. in Justin. l. 41. c. 5. §. 6. Sic Antiochi commune Regibus Syriæ nomen, ut Antiochus M. alius Epiphanes, alius Soter, alius Deus, alius Eusebius &c. de quibus Appianus in Syriaco, & Justin. l. 28. A Julio Cæsare Cæsares, Germ. Keyser dicti, ab Octavio Augusto Augusti, (Vermehrer des Reychs/) ubi tamen eam differentiam faciunt, ut ante coronationem, seu Imperij Candidati dicantur Cæsares & Romanorum Reges, postea Augusti. Imperatores olim nonnisi insignes & temporarij belli duces erant, ex necessitate electi: quod nomen tandem Cæsares assumpserunt: itaque nec hæreditarius, nec perpetuus, nec dignitatis fuit titulus. Id laudabiliter hodie ad excitandam virtutem, Turca, Persa, Magnus Mo-

gol

gol &c. imitantur, qui eiusmodi officia, seu honores & præmia non in liberos derivant, sed cuique optimè merito conferunt. Ataulphus Gothorum Rex Româ debellatâ, eò processit, ut Romanos in posterum Principes Ataulphos cognominari destinârit, quod tamen non obtinuit. Indorum Reges alios Palibrotos, alios Sandracoctos, nonnullos Taxiles, sequente nomine in quemcunque imperium transiret, ob eximiam in bello virtutem denominatos ferunt. Apud Bithynos Nicomedes: apud Paphlagones Philomenes: apud Thessalos Hellenes: apud Assyrios Tigranes. Molossorum Pyrrhidæ: Ponti Mithridates: Pergamensium Eumenes & Attali: apud Persas Darij, item & Bagoij. In Meroe, quòd Candaces præcipua mulier regnum tenuisset, reginæ in posterum Candaces cognominatæ. Cantuariæ Reges Oiscingæ dicti, ab Oise, filio Hengist, qui primus in Angliam advocatus à Britonibus: Beda hist. Eccl. l. 2. c. 5. p. 121. Orientalium Anglorum Reges vocati Vuffingæ, à Vuffa Rege, idem ibid. c. 15. Tales ἐπώνυμοι ἄρχοντες dicti, à quibus alii denominationem accipiebant

§. 25.) Anno 969. Stephanus Hungariæ Rex primus Christianus, priùs Bela dictus, Murer. hist. Hung. c. 2. pag. 18. Hispaniæ Rex, qui titulum Catholici, Galliarum Christianissimi, Anglorum defensoris fidei acceperint, infra in ordine Alpabet. videbis. Philippus IV. Hispan. Rex dictus Dominicus Victor, natus 1605. Camerar. oper. subcis. cent. 2. c. 54. ex Tilij l. 1. de reb. Gall. *Quo tempore* (Regum Francorum) *deerant cognomina, assumebant adiectiva in eorum locum, ut Calvus, Martel-*

 lus

lus &c. Nullam stirpem, etiam regiam, æternam esse Bodin, meth. hist. pag. 393. Merovingorum & Carolinorum exemplo docet, utpote quos Capeti exceperunt. More aliarum gentium Celtæ olim ducibus suis Deorum nomina indebant, quin & ipsi unum aut plura talia assumebant: ita apud Iudæos Ierubal, Iud. 16. 32. quasi impugnator Bahalis, eò quòd aram eius destruxisset, Rein. de ling. Pun. c. 7. §. 2. Pœnis usitata nomina: Hiempsal, Hamilcar, Bomilc. Milicus, Imilce, Azemilcus à מלך Moloch &c. Iude Melicerta, Græc. μέλκαρτος, Amathusiorum μάλικα, idem c. 8. §. 13. Hoc ipsum imitantur Pontificij, qui à sanctis & divis vocitari amant, & tales pro patronis habent, unde regionum, urbium, templorum, monasteriorum, sacrorum ordinum, sodalitiorum, privatorúmque nomina. Vti gentes Reges suos fortes, illustres, ac benemeritos in Deorum numero collocârunt, sic vicissim ab illis denominari amârunt plebeii, sic Gothi Thori sive Taranis (Iovi similis fuit) nomine libenter hodiéque vocantur, Reines. de Deo Endovell. B. 2. Apud Persas Rex dicitur Schach. Ita etiam vocatur Magnus Mogol, seu Mogor, hinc apud illos Schach Ismael, apud hos Schach Choram i. Rex Choramus. A Schach est Schachspiel/ unde latrunculi Schachstein/ Gall. Esches, Eschez, aliàs Rochen: malè ergò q. Schlachstein. Inde autem lusus hic nomen obtinuit, vel quia reges illo usi, quasi regius lusus, vel quia ab illis inventus. Americanorum Reges varia nomina & epitheta habent. Aliquis vocatur Vizilovitli, i. e. egregia crista, stattliche Fädern. Linschot. T. 3. l. 7. c. 10. Alius Chimalpopoca i. e. fragrans,

seu

seu fumigans scutum, riechender Schilt. Linsch. ib. Rex Mexicanorum Motecuma i. Severus Dominus, ernsthaffter Herr. id. c. 20. Floridæ R. Holata Vtina, rex multorum regum, ein König vieler Königen/ ib. Alius Indicus R. Mani Congo i. e. gratia Dei Rex Congo, Barlæus histor. Brasil. pag. 682. Quidam Rex cognominatus Yagnarguagne i. e. sanguinem sudans: Blutschwitzer/ quia sanguinem sudavit, quando captus ab hostibus fuit. Linschot. T. 3. l. 6. c. 20. In histor. Iappanica Franc. Caronis & Iod. Schotuen. impr. Ger. 1663. Norimb. p. 76. seq. hæc referuntur. Præcipui Domini, qui maximis imperant regnis, propria quidem sua nomina habent, plerunque tamen à nomine regni ipsorum denominantur, quo etiam sedem suam, arcem seu castellum vocant, aliàs omnes virilis sexus homines triplicia nomina habent, juxta triplicem ætatem distincta: pueri puerilia, adultis non convenientia, adolescentes virilia accipiunt, nec pueris nec senibus congruentia: iterum senes aliter compellantur. Omnes Iapponenses nomen gentilitium præmittunt, quia à maioribus deductum, illíque priùs in mundo fuerunt. Apud Indos singulares Dij eadem nomina habent, quæ ipsorum Domini, Linsch. T. 3. l. 5. c. 8. & i. c. 10. Ita Mexicani deificandis vivis Deorum nomina dabant. c. 10. & c. 21.

§. 26.) Apud Germanos veteres, præter propria nomina, cognomina etiam, prænomina & adnomina reperiuntur, ac licet nonnisi simplicia nomina de multis hodie veteribus reperiantur, id temporis injuriæ tribuendum est. In principibus personis patronymicum ferè obliteratur, & gen-

tis,cui imperitant,substituitur: cognomen tamen plerique assumunt. Prænomen Iohannes, aliáque eiusmodi in Germania hodie usitata. Multi etiam gentile, seu familiæ nomen non habent, uti in Belgio præcipuè & alibi, prout olim & nunc apud Iudæos, ac paternum illius loco substituunt. Alicunde multi generis, vel familiæ nomen assumunt, ut Gemma Frisius (medicus) à Patria Frisia, Cornelius Gemma à patre Gemma. Ambrosius Calepinus à Calepio op. quod à καλὸν & πίνω deducunt, à vini bonitate, op. in Cenomannis. Euricius Cordus (medicus) quòd tardè natus. Iun. nomencl. c. 26. Vadianus apud Gold. Ant. Alam. T. 3. p. 21. *Mirum*, inquit, *vel simplicitate barbara (Alam) gentis, vel studio brevitatis factum, ut neque in tabulis, neque in chartis Francicis, aut Alemannicis, nunquam cognomina vel Abbatum, vel advocatorum, vel testium, aut comitum ascripta cernantur, ut si desint, omni prorsus fide & æstimatione careant. Nec dubium tamen esse queat, quin illis seculis etiam serviles, & infimo in loco habitæ familiæ suis cognominibus non caruerint. Porrò soli Abbates morem antiquum retinent, nomine scil. edito, nec adiecto cognomine, quod & ab episcopis humilius natis custoditur &c.* De Germanicis nominibus propriis, ex quibus eruditus atque curiosus lector, haud difficile in locos, seu classes certas, vel finis, vel initij, vel utriusque ratione habita, referre quæ videbuntur poterit, invenies facilè in historia Aventini Germanica, tam in introductione, quàm in ipso opere, item apud Lehmannum, Lazium l. 5. de Celtis, & l. 10. de Gothis, & aliàs apud eundem, ubi etiam linguæ Germanicæ radi-

ces

ces inde desumi posse ait. Adi etiam thesaurum pract. Besoldi à p. 768. Goldast. antiq. Alam. T. 2. à pag. 122. & p. 184. Munster. Cosm. l. 5. c. 9. 10. 14. alibi Stumpf. Chron. l. 2. c. 2. & 4. l. 3. c. 52. & 59. l. 4. c. 18. & 55. alibi. Theatr. Zuingg. l. 19. à pag. 1332. Freher. in Lup. de Bebenb. p. 16. Atlantis maioris part. 2. pag. 58. Szeged. loc. comm. p. 303. in fine scriptorum Eccl. Anglic. Adde Goropium, Schrieckium, Heuterum in Belgio. Talia nomina magni pretii esse Schotelius Gramm. Germ. l. 2. c. 4. §. 6. p. 389. seq. attestatur, ubi docet etiam, quinam illa tractârint. Vide eundem Schot. à p. 392. & 394. edition. prior. His adde Pantaleonis Heldenbuch: Genealogias principum. Nomina propria Gallorum, & aliorum, quorum Cæsar mentionem facit, vide Comment. Hotom. & aliorum in eundem. Meam Franco-Galliam, §. 18. Goldast. ant. Alam. à p. 2.

§. 27.) Quemadmodum nomina propria hominum, sic non minùs locorum, juxta derivationes, terminationes &c. observari & colligi operæ pretium esset, uti quia Germani antiqui in campis apertis, vel ad fontes, flumina, & sylvas frequentes habitârunt, hinc plura loca sive pagi in Feld/Wald/ Brunn/sive Born / item Haim sive Hauß desinunt, quin etiam ex Rieden & Heiden deducta nomina. Lehman. Chron. Spir. l. 1. c. 5. & ex eo Zeiller. Itiner. Germ. p. 22. desinunt etiam in dunum, durum, magus. Vrbes ex pagis factæ sæpe nomina retinuerunt, ut ex Ach/Wasser/ Breisach/Creutzenach/ etc. à Trecht oder Vberfahrt/ Vtrecht/Dordrecht etc. ab Haim/Pfortzhaim/Hildeshaim/etc. quædam hinc decurtata in ghen/ut Tübingen/

gen/Eßlingen/ sive Eßlinghen &c. quidam retinuerunt vocabulum Dorff/ ut Düsseldorff/ quædam Lat. nomen servârunt, ut Arenacium, Arnhem/ Campodunum, Kempten/ Juliacum, Gülch/ Novelium, Neuß: quidam ejectis Romanis mutârunt, ut Aræ Flaviæ, Norlingen/ Aventicum, Wüfflisburg/ Banconica, Oppenheim/ Clarena, Rain/ juvavia, Saltzburg/ Lacus felix, Niderwasser in Nider-Oesterreich/ Sublavio, Brixen/ Vicus Iulius, Germersheim &c. Vide Bert. l. 3. rer. Germ. Sic Rhenan. l. 3. rer. Germ. vult, nobiles Germ. familiæ suæ nomina indidisse locis, uti Colmar à Colmaringis. Confer Munst. Cosm. l. 5. c. 28. Somner. in Gloss. Hamletta (quasi Heimmelin/) viculus, de alia villa dependens, ab Ham/ vicus, habitatio, & terminatione diminutiv. Vide Spelm. Anglis Home/ domus, habitatio. Germani nomina propria facilè contrahunt, sive facilè sua paucis syllabis expressere, ut Conz pro Conradus, Gretha pro Margreta, Magdalena, Lena: ita pro Tubalcain Latini dicunt Vulcanus.

Lat.	*Saxon.*	*Misn.*
Andræas.	Dreas.	Andre.
Nicolaus.	Claus.	Nicol.
Ioachimus.	Chim.	Jachim.
Lucia.	Zia.	Lutze/Lutz.
Vrtia.	Tia.	Vrte.

Loz, Ludovicus. Ian & Hanß Iohannes. Matz/ Matthe/ Thys/ pro Matthæus. Frantz pro Franciscus. Ita in urbibus, uti Augusta Vindelicorum, Augspurg/ Saletio, Seltz &c. De muliebribus nominibus Eherenfr. Teutsch. Spr. à pag. 47. Rychgard/ quasi gar reich/ sive reicher Garten. Hiltgard/ gar berümpt.

rümpt. Fastrad/die vermöglich an eigener Hab. Alda-rat/rad / so viel als Schatz und Gut/danahen Hauß-rath; seu Fastrad / i.q. veste Rath/ sive vester Rath. Aristobula, Fridgund/die zum Friden geneigt / sive Friden-günstig. Luithild, holdselig. Gertrud/gantz geliebt oder lieblich. Ex eodam fonte Gariodruda, Ariodruda, Adeltrudis, Ròddrudis, Himeltrudis, aliter Amaltrud/ Hermintrudis, Regnitrudis, Giltrudis, VValtrudis, Errotrudis, Hittrud/ Irmintrud. Künigund. Rychgund. Rosina/ Rößlin. Walpurg/Wiltpurg/quasi Waldsburg. Hiltburg. Wandelburg. Wilbirch. Truta. Bertha. Melchtild. Hiltgard. Mina. Alta. Kherhilt. Grimhilt. Junta. Rachilt. Thuta. Willa. Gyßla. Gerbirg. Perta. Liebtag. Adalung. Brunhilt. Wandelgern, Guta. Stumpf. Chron. l. 4. c. 55.

§. 28.) Mutant certè multi nomen gentile suum, summa cum familiæ suæ obscuratione, id quod doctis cumprimis usitatum, quod nonnunquam in ipsis etiam propriis nominibus, sive prænominibus fieri solet. Talium accipe quendam catalogum: Abdias (prætorius) nomen priùs Godscalco, Gottesdiener. Agricola, Baur. Alopecius, Fuchslinus. Jacobus Andræas, à parente Jac. Enders/ & quia artem fabrilem exercuit, Schmidlinus est dictus, quod nomen etiam filio obtrusum. Apianus, astronomus celebris, Beinewitz. Bibliander, Buchman. Borrhaus, Cellarius. Bodenstein (Andr.) dictus Carolstadius, à patria, cui loco nomen eà Carolo Calvo Imper. Is locus aliàs dictus Compeigne, à Lat. compendium. P. Æmil. l. 3. Capnio, Reuchlinus. Chytræus, Kochhafe. Coronellus, Stephanus. Crato, Krafftheim. Drusius, prius

prius Drieschius, è familia Drieschiorum. Dryander, Gal. du Chesne, Hisp. Enzinas, Germ. Eichman. Martyrol. Joh. Brentius tempore periculi se vocavit Huldricum Engster/h.e. ἐγκαυστήν. Cuspinianus, Spitzer. Faber, Fabricus, Schmid. Fagius, Büchlin. Gigas, Riß. Grynæus, Greiner/v. omisso. Hospinianus, Wirth. Hyperius (Andr. Gerh.) ab Hyperis Flandr. op. Lithonius, Steiner. Lupulus, Wölfflein. Lycosthenes, Wolffhart. Lyranus, à Lyra Brab. op. Drus. in Ex. c. 33. & in Gen. c. 15. Malleolus, Hämmerlein. Melanchthon, Schwartzerd. Melander, Schwartzmann. Molitor, Müller. Musculus, Müßlein. Myconius, Geißheuser. Oecolampadius, Haußschein. Oporinus, Herbst. Osiander, Hoßman/cuius parens dictus Hosen-Enderlin. Pellicanus, Kürsiner. Petrus Martyr, à S. Petro Apostolo & Martyre, ex voto, quod factum illi. Piscator, Fischer. Pistor, orius, Beck. Pylander, Thormann. Regulus, ius, König/lein. Sagittarius, Schütz. Textor, Wäber/inde Ravisius Textor, aliàs Tissier. Tonsor, Schärer. Hier. Trogus i. Bock/medicus. Vadianus, Von Watt. Venator, Jäger. Vigilius, Wackher. Vrsinus, Bär. Xylander, Holtzmann.

§. 29.) Melior Adamus in vita Gessneri nostri, dum scripta eius recenset, sic de illo refert: *Multum laboris in animalium historia impendit in Hebræis nominibus interpretandis: item multa nomina quadtupedum, avium, piscium &c. ingeniosè excogitavit. Præterea libellum multorum antiquorum nominum propriorum, virorum & mulierum, aliquot 1000. ex vetustis principum archivis & monumentis auxit &c. & secundùm terminationes disposuit:*

ſuit: item propriorum vim ac ſignificationem annotavit: oſtenditque, omnia verè, certa aliqua ex cauſa impoſita eſſe, ſicut in linguis cultioribus, & apud Græcos præcipuè. Is tamen libellus, ut & alia lucem non vidit, ſed apud VVolphios detinetur. Vtut verò accuratè inquiſierim, referri tamen nihil potuit, adeò ut vel murium, vel blattarum, vel certè indoctarum manuum vim ac injuriam ſenſiſſe ſtatuam. Modum tamen conſcribendi talia nomina reliquit nobis Geſſnerus in Mithridate, inde à p. 19. eandem rationem apud Goclen. in Lex. Philoſoph. & apud Lutherum in tract. peculiari reperies. Quemadmodum autem integra ac incorrupta lingua Germ. magnas depravationes ac confuſiones ab aliis linguis paſſa, ſic eosdem caſus atque idem fatum, nomina Germanica propria ſubire coacta fuere. Id accidit cumprimis vitio & jugo Romanæ Eccleſiæ, quæ unà cum poteſtate, quam arrogavit ſibi, more victorum præcedentium, linguam etiam ſuam obtruſit Germaniæ. De hoc Goldaſt. antiq. Alam. T. 3. p. 93. *Simul,* inquit, *cum inveſtiendi jure, quod pontifex principibus & Imperatoribus eripuit, nomina peregrina Latina, Græca & Hebræa uſurpari in Germania cœperunt, quod inprimis ſub exceſſum Henrici V. factum, quod chartæ teſtantur publicæ. Adeò pauca in uſu ſunt nomina propria Germanica, ut inprimis in muliebri ſexu, vix unum aut alterum reperias ſanum.* Præterea multa ſunt nihil planè ſignificantia, longè ſeciùs, quàm veteribus Germanis ſive Celtis in uſu erat, adeò inſuper ſunt detorta, peregrina maximè, ut pauca, præcipuè a plebijs intelligantur vid. Ehrenk. T. S. à p. 62. Sicut itaque nomina pro-

propria, quæ in St. Scriptura, non contemnenda sunt, (Fl. Illyr. de rat. cog. S. Lit. tr. 2. §. 39.) prout etiam multa nomina hominibus in futurum aliquod mysterium imposita (ibid. §. 38. & de nom. Iehova tr. 6. pag. 638.) Sic Germani veteres convenientibrs nominibus, nec ignorantes suos insignivere, iisque nonnisi Germanicis. Keker. Gymn. Log. l. 2. c. 5. p. 445. Exinde hoc etiam fluxit malum, ut vulgus summa libertate in nominum peregrinorum mutatione sit usus, adeóque mirè & variè ea corruperit. Proin quemadmodum multa, quàm Hebræi, aliter pronunciamus, atque formamus, sic idem aliis accidit linguis. Celebritatem autem Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Episcoporum, seu spiritualium patrum, Martyrum item & Cæsarum, principum, aliorúmque, causam etiam, occasionémque dedisse derivationis peregrinorum nominum propriorum in nostram linguam deprehendo. Itaque cum religione & Evangelii propagatione nomina talia per orbem transierunt. Et sanè historicum & pium aliquem usum habent eiusmodi nomina. Interea tamen facilè depravantur voces linguarum non intellectarum, & obscura simul manent, id quod in ipsis S. Patribus videas, unde Optatus, Vigilius, Isidorus, Pseudo-Anacletus vocabulum Cephæ à Græc. Κεφαλὴ deduxere, sic Lactantius & Ambr. Pascha à πάσχειν pati: Gregorius I. filiam Iobi, quæ in vulgata Cornustibium dicitur, ex cornu & tibia. Plura utpote de nomine Iesu, Adonai, Abraham, &c. vide apud Dallæum de usu patrum à pag. 243. Insuper ut linguam, sic & nomina propria corrumpunt colo-

niæ,

niæ, sive deductiones, migrationes, conjugia, arma, victoriæ, mores & ritus &c. vide Bodin. meth. hist. pag. 369. ac quemadmodum in Gallia antiqua Celtica nomina multa, sic è contrario in Rhetia, ubi Latinus, sive Hetruscus olim vigebat sermo, Latina pleraque hodie retinent. Hoc tempore, cùm omnes populi sint commixti & confusi, fatente Bodino, l. all. pag. 389. quid puri vel in propriis, vel in cæteris vocabulis expectes?

§. 30.) placet certè in Germanicæ nationis gratiam specimen illius, quod superius commendavimus, in medium producere.

Nomina propria veterum Germanica, composita ex Reich/ variè desinunt, in *ch, icus, idus, ites, igus, igis, chus, tz, &c.* Reich propriè eum denotat, qui multos agros et prædia possidet, uti Lat. locuples, loci agríque plenus &c. Plin. l. 18. c. 3. Jun. Orat. T. 2. pag. 792. Ital. Ricco, Gall. riche, richezza, vel etiam Gall. Richesse, Reichthum. De desinentibus in x, icus, chus &c. vide Cluv. ant Germ. l. 1. c. 5. p. 58. De his Gessnerus in Mithr. p. 25. ex Glar. Non est dubium, omnia nomina Gallica, quæ in x. terminat Cæsar, apud Helvetios in x. literam Græc. desijsse. Literis autem Græcis suam scribebant linguam &c. vide quoque Schudum in Rhetia c. 38. p. 119.

Almenrichus, Almerich, Allreich/ Alarius, Alaricus, Halaricus, Olrich, immer von Tag zu Tag reicher/ gantz reich, Gensericus, παντοπλούσιος, ὑλοπλούσιος, omnium abundans.

Attanaricus, Otto Heinrich/ Vatterreich/ reich von Gott/ idem quod Attalaricus, Hatta, Atta, Otto, Deus, item pater, hinc insuper Ætta,

D Aetti/

Aetti/ Vatter. Attalaricus Stumpfio est Adelreich.

Autaridus apud Cæsarem hauptreich / altreich/ al. Autaricus, Vdelreich.

Ardaricus, Ard-Erden-Hordreich. Ita Ardaburius, Erdenbur.

Ansericus, Anßreich, dives heros. Vnde Anses Jornando semideus, vel gantz reich.

Arrigis in Ericus. Agaricus, eigenreich. Ainricus in Heinrich. Ambojorix ibid.

Bertorites in VVertrichus. Badericus, bald reich. Bitrichus, bittreich.

Castigus, Kastreich. Cingentorix, sinnentreich/ sinnreich. Chilpericus, Childericus, in Huldrich.

Dumnorix, Dumerich, Thunreich, aliter Dumnorius. Goclenio Dominus Ericus, ast ita esset vox Latina. Dagericus, Dagreich/ potiùs Heldenreich/ Dage enim Held antiquis.

Dietrich / Diederich / Dudrich/ Ditericus, Ditrich/corruptè Dietz/Diericus, à Deud, Dud, Did, Died &c. Deus, itaque i.q. Theodericus, divinus, reich von Gott. Lipsius ait Theoden pro Leoden, vulgò majores dixisse, inde Theodericus, gentium dives. Ita Goldasto & Henischio Diet/ Theada/populus, Volck/quasi volckreich/al. Tugendreich. Danis enim & Suecis Diet id.q. Tugend. Cum hoc nomine convenit Dirig/Dirig.

Ericus, Arrigis, Ehrnreich/Honorius, wol geehrt/ forè Cæsari Orgetorix, quod aliis Hordreich, Eherich/an Eheren gesetzt/Eherwürdig.

Euricus, Eurich/oder Heinrich, vel Ericus. Ita Erocus, prout hodie rustici Heirech/Harech/etc.

Emmericus in Immerich. Ermenricus, der viel armer hat. Epidorix, Epedorix, Aredorix, in Friderich

rich. Ermanaricus, armreich. Edricus forsan pro Ericus, vel Erdreich. Edelricus, edelreich.

Fridericus, Solomon, Jrenæus, Pacificus, dives pacis. Cæsari Viridorix, Epe-Epidorix, melius Eparedorix, pax regni, al. Frettella, hodie rusticis Fridli/ Fridolinus.

Gensericus i.q. alaricus, gantz reich/ forte idem Ginsericus, quod reddunt aliàs Gundericus, gunstreich/ quod certè convenit cum gunnen. Vid. Cluver. ant. Ger. l. 1. cap. 5. p. 57. Stumpf. l. 3. c. 59. gutreich. Giezericus Vandal. R. forsan i.q. Ginsericus. Gutritz in Heinrich. Gensalaricus VVestg. R. gantz alreich. Gothricus, Dan. R. reich von Gott.

Hordericus, horrich/ hordreich. Stumpf. l. 3. c. 59. Helmerich, Helmreich. Huldrich/ corruptè Childericus pro Hildericus, fortè i.q. Chilpericus, ni hoc i.q. Hilp/ hilffreich/ unde etiam Hilpericus, Hulpericus, Helfricus, reich zu helffen. Huldrich autem reich von Hulden/ deme jederman günstig/ der viel Gunst hat. Pro hoc jam Vlricus, Ulrich/ Vdalricus. L. Gratianus, Gratius, Gratiosus, Johannes. Ulrich verò quibusdam aliud nomen, quasi Olreich, seu potiùs Allreich/ i.e. omnibus abundans.

Heinricus variè scribitur & derivatur. Becman. p. 984. quasi Heimrich/ domi dives, unde scribitur etiam Heimericus: malim agrorum dives, aliis qs. ein reich/ unde olim etiam scriptum Ainricus. Cæsari est Ambojoriz, ἄμβοριξ, & vertitur Emberich, vel Heinrich. Goclenio quasi amptreich/ seu Ober-Amptman. Eidem Henderich/ Heldenreich/ à veteri Hein/ quo bonus bellator significatur, certè rusticorum nostrorum usitatissimum nomen Heinj. Ita Henningus, ein Heiner. Herricus, Henricus, i.q.

Ericus, per Apoc. Heintz/ & Ritz/ inde Gurritz/ Euritius, sicuti Lotz pro Ludovicus, Moritz pro Mauritius (à Mauricus forte i. e. meher reich / sive reicher.) Heinrich inepte quidam reddunt, reich an Hürren. Alii amplæ familiæ pater, ad instar Abrahami. Honorius alter Gothorum R. in Africa dictus, quid si i. q. Heinrich. Certe Honorius pro eo usurpatur. Stumpf. libr. 3. c. 59. Hermanricus. St. l. all. Hermanreich / eherenreich / alii tamen aliter.

Immericus, Immerreich / Emmerich / quasi ἀείπλουτος, semper dives, immer reich.

Landericus, Sax. Landrica : Somnero terræ Dominus, à Land / terra, ditio, der viel Land besitzt/ vide Schotel. 586.

Orgetorix in Ericus. Stumpf. l. all. Olrich in Huldrich/ all sive gantz reich. Ritz in Heinrich.

Rodericus, Rothreich/ sive Rathreich/ bonus consiliarius. Goth. R. in Hisp. aliis dicitur Theodericus. Sigricus, Siegreich. Singericus, Singreich/ vel der viel Gesinde hat. Theodericus vid. Dietrich.

VVercingetorix-gentorix, Versinnreich / feersinnreich. Corruptum tradit Goclenius, illo enim expressurus Cæsar Hertzog Heinrich/ Sax. Hertoge Hinric. Viridorix in Friderich. Vlricus in Huldrich. Victericus, reich an ubertreffen. VVig, VVigk &c. præsidium, asylum, perfugium, inde Meherwicht/ Ludwig/ Bößwicht. VVerthrichus, corrupte Berthorites, Werdreich. VVenericus, forte vermeint/ wohnreich. VVidericus, Weißreich/ sive Wit/ i. Witzreich.

§. 31.) In *marus, mirus, merus, mir, miris, meris, marius &c.* desinentia.

Alma-

Almarus, Almair. Audomarus, Ademarus, Altmeyer. Adomarus, Vatter vel Gottesmeyer. Acromerus, Vcromerus, Akermeyer.

Badomarus, Vadomarius, Bottmeyer / Bottenmeister / præfectus tabellariis. Britomarus, Fridmeyer / Fridmehrer / vel Breitmeyer / weit und breit regierend. Vide Viridom. & VVitom. Stumpf. l. 2. cap. 3. Galliæ dux erat. Bilimerus, Billmeyer / billicher Meyer.

Clodomirus, Leuthmehrer / rectiùs Leuthmeyer. Cambolomarus, Künvolmar meyer. Chonodomarus, Kühner Meyer / Gnadmeyer. Casymirus, Kastmeyer / Schatzmeister / Kostmeyer / Proviantmeister. Cattomarus, Cattumerus, Cattorum princeps, der Catten Meyer.

Danckmarus, Danckmeyer. vide Tangm. Drutmarus, Trewmeyer. Dietmarus (vel per T.) Theodomarus, Gottesmeyer / oder Haußhalter.
Fridomarus in Viridom. Fraomarius, Frey-oder Frächmeyer. Filimer, us, Vilmeyer.

Gillimer, Gelimerus, Gelimeris, Gäler Meyer. Guademarius, Gnaden-gnädiger Meyer. Gundemaris, Gunstmeyer.

Hincmarus, Hinckmeyer. Herimerus, Heermeyer / præfectus exercitûs.

Induciomarus, Hußmar / Haußmeyer.

Marcomirus, Marcomarus, præfectus limitibus, Marckmeyer. Marchio.
Ottomarus, Ottmeyer / Gottesm. Odemarus, idem, vel Alter Meyer.

Rumarius, rucher Meyer. Richimerus, Richomarus, reicher Meyer. Raimiris, rein Meyer.

 Suo-

Suomarius, Seemeyer. Stumpf. l. 3. c. 59. Sonomarius, Sünmeyer. Segemerus, Segenmeyer, Cheruſc. princeps, fortè idem quod eloquens, vel advocatus. Ita Segeſtus fors eiusd. rad.

Tiethmarus in Diethm. Theodomarus ibid. Tangmarus, Dankmarus, Tammo, Danckmeyer. Theudomir. Attilæ fil. Teutſchmeyer.

Vcromerus vide Acromer. Viridomarus, Fridomarus, Fridenmeyer / der Friden handhabt. vide Britom. Item Flor. l. 2. c. 4. & St. l. 2. c. 3. Vit, Vitericus, Videricus, in VVithomerus. Volmarus, Voll-oder Wollmeyer / vel i.q. Volckmar, Volckmeyer / populo præfectus, vel Volckmehrer. Viſomarus, Wiſenmeyer / wyſſer Meyer / Witzmeyer. Conv. ferè Vidomarus, quod Stumpfio Widmer. Veromarus, Freymeyer / Wahrm. Vertigomarus Hertzog Sax. Hertogm. Vadomarius Bottmarmeyer. vide Badom. Valamir, Fahl-Gfallmeyer. Valomarius, Wolmer. Stumpf. l. 3. c. 59.

VVitamerus, VVithimeris, Weit- (vnd breit) Meyer / vel weiſer ſive witziger Meyer. Vel Vit. i.q. Frid / ut Vitericus, Videricus, Fridmeyer. VValdemarus, VVoldemarus, VValdemair, præfectus ſylvis, Wald forſtm. VVallemir, Wahlmeyer / der wandlenden oder frömbden Meyer.

§. 32.) Deſinentia in *Olf, Olff, Olfus, Olphus, Ulf Ulfus, Hulf, Vulfus, Hilf, Olf, VVolf, Gulf &c. Germ.* Hilff / Hülff / auxilium.

Adolphus, Adoalphus, Adalvus, Attaulfus, Athaulfus, Hatthulfus, Adulfus, Gottes-oder Vatters-Hülff / ſeu nobile auxilium. Agilulfus, Eigliche Hülff / ita Agilimundus, Agelmundus, eigentlicher Mund / Eyl-Hülff / i.q. Haſthulfus, velox auxilium,

lium,aliis Entelhülff/plenum, merum auxilium, vitiose Eitel-Wolff. Aristulfus erste hülff. Arnulfus,qui honesta juvat, Ehrenhülff/ vel quasi Arenhülff/aquilæ auxilium,al.Arnolphus,Arnulphus.

Brandolphus,hitzig zu helffen/sive qui opem fert in incendio,der da hilfft auß dem Brand.Bernolfus Bären-hülff.

Ceoulfus, monachus Bedæ familiaris, kühle hülff.Cenulf.kühne hülff/utiCunelmus,kühner helm.

Dagalaipho,Heldenhilff. Didolfus,D.Thietolphus,fus, Gottes hülff.

Edelvolfus, ultimus Cantij Rex,victus à Sax. occid.adeliche hülff.Egenolfus,phus,Eigenhulfus, Eigenhilff / ut Egen.Eigenbrotus, der seine eigene Nahrung hat. Erelvolfus, Angl. R. ehrli-eherliche hilff.Eitelvulphus,der ein gantzer Wolff/ malim plenum,merum auxilium.

Freudulfus,Frewdhilff/frölich zu helffen.

Gangolfus,Gänge/stehte hilff/ prosperum auxilium,inverso vocabulo,hilffgang/Belg.huolffgang/ corruptè Wolffgang, vel esto Wolgang/ dem es wol gehet/Eutyches,fortunatus,prosper. Gandolphus i.q.Gangolfus,nî sit Gunsthilff.

Hastolfus,hastulphus,festinum auxilium, hasthilff.

Landolphus,regionis,provinciæ auxilium,terrarum salus. Ludolff. Ludolphus, Lodolphus, Luidhulff,Leuthelff. Alexander, ἀλεξάνθρωπος (ab ἀλέξω,juvo.)

Marcolphus,Marculphus, Marck-oder merckliche hilff.Minulphus,meum auxilium, mein hilff.

Ortolfus,Ort-arthilff/ hort zuhelffen. Osolvus Ochsenhülff.

Ranulfus, reine hülff. Rodolphus, Rathulphus, Radulphus, Germ. Rudolph/ alludunt quasi ῥόδον ὄλβιον, rosa beata, flos felix, rectiùs Rathhülff/ von hülff und rath/ consilium suppeditans, consiliarius σύμβουλος, Alexibulus.

Theodulfus, Dei iræ R. Gottes hülff.

Vestralpus veste hülff.

§. 53.) Exeuntia in *Bald, Baldus, Bold, Boldus, Aldus, VValt, Vald &c.* Germ. Gwalt.

Adoaldus, Hettwalt/ ab Otto sive Hatto, Dei seu patris potestas, vice patris, Jutor, patronus. Et hodie causidicis in usu, Anwalt/ fortè n. pro tt. quasi att sive Hattvvalt, Ariobaldus, Longob. R. Ehrenwalt/ Ehrenhold.

Berntobaldus, Bärenwalt. Goclenius putat poni fortè pro Bernhard/ quid si quasi Bären- vel Brennwalt/ ein gwalt oder krafft wie ein Bär/ Bärenstärcke. Beroaldus i.q. Bernhart/ der starck helt wie ein Bär/ sive Bärenhold.

Catovalda, Gutwald.

Ebaldus, Ebald/ pro Ehewalt/ putat Goclen. dicendum Hegewalt / qui potestatem vel officium custodiendi & servandi habet, hegen/ custodire, inde heger/ nunc Hoher/ custos, servator in aula, Kammerer/ Rentmeister. Sic locus sepibus circumscriptus vocatur gehegt/ hoc est, ab usu publico separatus, & consistorium, tribunal, behegte Banck/ behegt Gericht. Fortasse simplicius dicere Ehewalt/ i.e. in conjugio felix, seu conjux, Ehe/ i.q. lex, quid si ergò i.q. legis, seu matrimonij custos.

Gotbaldus, Dei potestas, sive voluntas, Will/ sive Gottes gwalt.

Grimoaldus, Grimmwalt/ iræ potestas. Goclenio

nio videtur antiquis fuisse nomen iudiciariæ potestatis, quæ exerceat iram in facinorosos. Nam quòd hodie richten/richter (rector) dicitur, novum esse adparet, cùm richten propriè in bonum, non in pœnam sonet, velut impedita & perplexa expedire atque explicare. Estque operatio propriè intellectûs. Inde rectum, recht/richtig/ sicuti lineam, viam rectam, contrà curvam dicimus, richten igitur rectificare est, inde berichten.

Helmboldus, Helmvvaldus, galearum potens.

Heroaldus, Heerwalt.

Rodoaldus quasi Rathwalt / h. e. consul: vel à retten / synonymon Goclenius putat Rotharius quasi Retter / quid si autem quasi Rohthaar, uti Rotbertus, Ahenobarbus, Rupertus, Barbarossa. Ita Fridericus Suevorum dux, póst Imperator, Barba ruffa ab Italis vocatus, h. Barbarossa.

Sigevaldus i. q. Siboldus, potestas victoriæ. Gespr. spiel part. 4. pag. 37. Seebald quasi see den Wald/ oder der zu früher Jahrszeit seet.

VVilibaldus, der viel Wald/ Walt/ Gewalt hat. Walburg/ der Gewalt über die Burg hat.

§. 34.) In *VVerd, bertus, pertus, verdus &c.* terminantia.

VVerd, werth est charum, pretiosum, inde civitatum nomina Werd/ rectiùs tamen à fl. Wernitz/ ni cum Werd coincidat, aliter Wernich. Inde Donavverd, Donavverd, Thonawerth/ à flum. Donaw/ Thonaw & Werd / Werder sive Werth / welches Wort ein Orth bedeutet/ so zwischen den Wassern gelegen/ locus aquis interjacens, uti hic inter Bernitium & Danubium, adinstar insulæ, aliter Germani talia loca Awen vocant, quanquam sanè alia fe-

D 5 rè

rè huius vocis ratio. L.Interamnæ sive interamnia, Gr.Mesopotamia, Venedis Mezyrzec.

Adelbertus, hodie Albertus, Albrecht/ Adelprecht, πολύφημος, quod tamen reddunt omnis æqui & justitiæ : non probo quasi allweg recht. Prius quasi Adelwerth/ dignus generis splendore. Edel hîc pretiosum, unde Edelstein/ fortè hinc Adel/Adler/quasi avium rex.

Ansbertus, Ansbrecht / fortè gantz werth/ oder prächtig. Aribertus, Arbrecht/ fortè pro gar.

Bertha pro VVertha, Wirdige.

Childebertus, Childebrecht/ Geltwart/ Pfenningmeister/ vel potiùs Huldenwerth. Hildebertus, nî sit i.q. Heldebertus, Heldenwerth. Stumpf. l.3. c.59. Eidem ibid. Childebertus est hilffwerth. Clodopertus, Leuthprecht.

Digobertus, Tugeberd/ Tugewerd/ Tugen/ teugen/ deügen est in pretio esse, valere aliquid, utilem esse, inde Tugend/ virtus. Dagobertus, Degenwerth/ Degenbrecht/ der sieghafft / streitbar / unerschrocken/ danahen hat man bey kurtzem einen Degen genennt einen helden vnd ritterlichen Mann. Hinc so sind thie thegan alle : redditur So sind die helden alle. Ita Gallicè dague, ein Degen / metaphoricè ergò Degen/ ensis, pro held. Hinc Dager Anglis, qui superioribus seculis vitas gigantum atque heroum conscripsere. Itaque Dagobertus, der eines Degens werth/ vel ut Dagenhardus, nob. eisenmäßig/ eisenbeisser. Diethegen/ Gottes Kämpffer/ ut Diethelm/ ein helm oder schirm Gottes. Wercktegen/ veteribus Alemannis ein Bawmeister. Etlichen ist Degen auch ein Tauffnamme/ inde Daganus, Dagano, Dago, Theganus. Hinc Adeldagus, Beridagus, Conedagus

gus

gus, Dagericus, Dagebrotus, Dagulphus, Dagenardus, Dagenbertus, Eridagus, Helmdagus, Heldagus, Liobdagus &c. vide Cherenck. T.S.p.20. Dietvvert, Theodebertus, Deo dignus, vel divini pretii, fortè i.q. Theudibertus.

Eduardus, Endwerth/ dignus jurejurando. Engelbertus, Engelwerth. Erpertus, Aripertus, Honorius, honore dignus, charus, honoratus.

Fridbertus, Friedwerth/ Friedewarther. Fulbertus, Wol werd/ Volvverdus, dignè dignus, charè charus. VValpertus, VVilpertus, Vilipertus, vielwerth/ i.q. Philipertus, Vielprecht/ electione dignus, ἀξιαίρετ☉, Wolwerth/ Walprecht/ Walpurg/ (vitiosè) eucharia, gratiosa, venus, venusta. VValpurgum verò op. à VVald & Burg. Munst. l.5.c. 142.

Gilbertus, Willfertig/ gratificator. Giselbertus Gesellenwerth/ sive gesellwarter. Gisbertus, Gewißwarter. Gunibertus, kühn/ und werth. Gutbertus, bonus, dignus.

Heribertus, Heerbrecht/ heerwarth / dignus exercitu. Hugobertus, Hugprecht/ hochprächtig / hochwerth. Humbertus, corruptè Hubertus, unwerth: daheimen werht.

Lampertus, Langwerth/ diu charus, oder lang bartig. Malè Schudo ex Lamp, cùm hoc ab illo Liebenwerd / lieb und werth / ἀξιέραϛ☉, χαρίεις, gratiosus.

Robertus, Ruppertus, Ruprecht/ i.e. ruhe werth/ otio honesto dignus, vel dignus qui consulatur, rathwerth.

Sigebertus, Sigisbertus, Sigvverdus, Siegward Siegbracht/ axionicus, Nicephorus, Symprecht/ Symphorianus, ex vitio, cùm i.q. Sigebert, alii

Zim-

Zimprechtus, zimlich prächtig / sicut Humprechtus, hochprächtig / al. ex Sigprecht factum Simpertus, ut ex Trutprecht, Trupertus, ex Gotzbert. Gosbertus.

Tanquerdus, Danckwerth.

VVigbertus, perfugio dignus.

§. 35.) In *degen, dagus.* §. Præced. actum &c. in *Rat, rad, art, hard, ardus, radus &c.*

Rath sumitur pro consilio & consiliariis, inde gerathen / vngerathen / wolgerathen. Aliud longè Rad / quod videtur à Latinis rota. Hort substantivum ab adject. hart / firmitas: ita Deum adpellamus, quando eundem Hebræi Petram. Inde hartig / hurtig / firmæ valetudinis, aliàs hort i. q. Außbundt. Erasmus putat in hart desinentibus malè H. additum, esse enim i. q. art, i. e. indoles, ut VVolfart, Geyrart, Eberart, Engelart, Gottart, Erart, Reinart, Gebart. Polybius l. 4. Galli cuiusdam Gavari meminit, quod nomen Cæsari l. 5. est Cavarinus, & l. 7. Cavarillus, i. q. Gevver, vel Gæber, hinc comp. Gebehardus, Gebhardus.

Arionardus, Eherenard.

Bernhardus, hart wie ein Bär / vel einer Bärenart / Germ. Bernhart / Bernet. Leonhardus, Λεωκράτης, Lewenart / Volard. Germ. Lienhart / Lienert. Nidhardus, Nydhart / Liebhart / Reinhart. Aliàs hart ut Hartmannus, Hartmann / durus ac fortis vir. Schudus in Rhetia c. 38. vult Livio Dec. 4. l. 8. Lomnorium esse i. q. Lonherr, vel Lewenherz / unde natum Leonhardus: sic & Bernherr i. e. ursorum Dominus, Bernarius, quod hodie Bernhardus.

Burckhardus, Burgrath / consul arcis sive civitatis, aliter vnbeweglich / wie ein Burg.

Con-

Conradus, Cunradus, kühner Rath/ à Cæsare putant vocari Cutruatus, putem autem esse gut rath. Eberhardus, Oberrath/ supremus consul, al kühn wie ein Eber. Eckhardus, Eckart/ hart wie ein Eck/ putat Goclen. pag. 179. pro Hegerath/ ab hegen/ i.e. servare, custodire prudenter & consultè. Hinc Hetheger, Odoacer Italis est pater custodiens &c. Hinc Eck/ Wolffseck/ rectiùs hege/ Hegio i.e. hülffshege/ custodia salutis, aut salus custodiæ. Inde Hegi/ Hag, territorij Tigurini certa præfectura, quasi custodia. Vel Eckhart i. q. Eckrat, servans consilium, aliter hart wie ein Eckstein. Edelhardus, Edelhart/ sive Edelart. Engelhardus, Englischer arth/ seu Angelosthenes, Angelocrates : aliud autem est Angelocrator, scil. qui potestatem habet in Angelos i. Deus.

Erhartus, honestum robur, qui viriliter honesta tuetur, Ehrenvest. Ariovistus, corruptè Ariovardus, alijs Ehrenart/ honorati generis, honestæ indolis.

Festradus, rex alem. vester Rath. Frastrada Goclenio bester Rath/ quid si frischer Rath.

Gerhardus, gar hart. Gnthard, Gabriel, vel constans in Deo, atque ita hart ab harren/ vel guter oder Gottes Art/ Eugenius vel Aristobulus i. guter rath.

Luthardus, Demosthenes, populi potentia, Volkardus. Lutharius, Lotharius, Clotarius, eiusdem originis esse censentur, vel der Leuthen Ehr/ populi gloria.

Medardus, Mietart / Taglöhner/ vel Mäderart/ fœniseca. Meinardus, Meinhardus, Meinard oder Rath/ sive liebe Ard oder Rath. Ita Manhardus, Hartmannus : sic Alardus, Olardus, gantz hart. &c.

Rein-

Reinhart quoque variè reddi poteſt: Goclenio Catharus, Catharina, reiner Art.

Sieghart/victoriæ robus. hart i.q. feſt/ſtarck.

Tancredus, Danckrath.

§.36.) In *Old, oldus, hold, holdus, huld, hild, ild, pold &c.*

Arnoldus, Arionoldus, quibusdam ab heroe, rectiùs Herold i. Ehrnhold, ſic cæſaris vocatur caduceator, qui virtutem & honeſtatem quærit, juvat ac conſervat.

Bertholdus, werth vnd hold/ i.q. Berchtoldus, nî ſit, qui libenter aliquid operis agit.

Diepold/Theobaldus.

Gottshold/Θεόφιλος. Gunhildis, Chunhilda, gunte/gunne/gunſthulde/ charisia, eucharia, εὔχαρις.

Leopoldus, Leupold/i. lieb vnd hold/Eraſmus, ἐράσμιος, amandus, ita holderbůle/ i. chara ſponſa vel amica. Item einem hold vnd gůnſtig ſeyn/ ortum ab huld. Luitholdus, φιλάνθρωπος.

Mangold, Mannhold/alii χρύσανδρος. Mechtildis, fœmina potens gratiâ, quaſi Mechtuldis, mächtige hulde. Clotildis, Leuthhuld.

Reinholdus, amor ſincerus, reine hulde. fœmin. Reinhulde, Reinhildis.

Deſinentia in *inus, uinus, vvinus &c.*

Balduinus, citò vincens, vel lucrans, vel Waltwin.

Ebervvinus, vberwinder/victorius, victorinus. Ervvinus, ehrlich vnd fein/ Ehrgewinner.

Landinus, Landin/ victor regionum.

Ricuinus, Reichwinn/reich mit gewinnen/ victorioſus.

Theodevvinus, Dei victor.

Wolck-

Volckwin/ volgewin/ victoria populi, rectius Nicolaus, Nicodemus, populorum victor.

Diversæ sunt aliæ terminationes, quas curiosus cupidúsque lector in altera huius tractationis parte hinc inde observare & conquirere poterit, utpote *mut, brand, vvig, eda, heida, schalk, vvaker, gerus, helmus, halmus, erus, arus, burg, burga &c. &c.*

§.37.) Sed nunc tandem in communem orbem pedem referamus. Vt olim misera gentilitas dies atros, lugubres, felices, infelices, ita nomina quoque fausta & infausta statuit. De illis Demst. antiq. Rom. l.4.c.4. in Paral. p.341. De his Robbigius in Lexic. l.10.c.2. & 3. *Inprimis hæc Romani observârunt in Coloniarum deductionibus, in quibus fausta erant Valerij, Salvij, Statorij &c. infausta Vespellionis, Nævij &c.* ita Maleventum in Beneventum transmutatum. Et Alex. ab Alex. l.2.cap. 5.f. & l.5.c.4. *Marci prænomen velut perniciosum & infame, pleriq; magnopere devitârunt, postquam M. Manlio crimine affectati regni turpi judicio convicto, ne cui gentili nomen M. Manlio foret, senatus consulto cautum fuit, ita Claudia gens, propter gentilium flagitia, cum Luciorum alter cædis, alter latrocinij damnatus foret, ad diluendam memoriam dedecoris, Lucij prænomen devitavit. Contrà Domitia gens cœteris prætermissis, Cn. & Lucij prænomen peculiare sibi desumpsit.* Græcis δυσώνυμος, cui malum & infaustum est nomen , aut cuius nomen est odiosum. Magi atque superstitiosi facilè vel mutant nomina , vel aliàs nova adhibent, eáque vel cognita, vel incognita & peregrina, quòd veteribus nominibus nullam efficaciam tribuant ,

sed

ſed pro triſtibus habeant,ſive ut hominibus illudant,unde non bona ſemper,ſed dira quoque uſurpant. Neque otioſa in nominum ratione,ſicuti nec in annis & diebus criticis,divina cenſenda providentia : unde in occidente Auguſti Cæſaris imperio finem fecit Auguſtulus anno 476. in Oriente Conſtantini M.imperium clauſit Conſtantinus XI. Manuelis filius anno 1454. quo Conſtantinopolis à Muhammede capta. Adhæc utriusque Conſtantini matres Helenæ vocatæ referuntur.De Alaricis idem judicium,horum unus Romam expugnavit atque deſtruxit, alter expugnavit quidem, ſed unà cum univerſo exercitu occiſus eſt.Procop.l.1.de bello Gothorum: item Claudianus de Getico bello. Freculphus T.2.l.5. c.22. Sic quod ad virtutes & vitia ominoſa ſæpe nomina ſunt.Vide Rupertum in Valer. Max.l. 9. c.14.in Vatiniorum exemplo. Nomina olim obliterata & vetita malorum , inde illaudatus pro innominatus, non nominandus, nefandus. Vide Robig.l.10.c.4.& 5. Κυθώνυμος,nomen habens occultandum, infamis, ignominioſus, ignominatus. Solent aliqui vel reticere nomen ſuum & familiam,adeóque anonymi eſſe, aliqui ficta ſupponunt, ψευδώνυμοι dicti , ídque vel ob generis maculam,vel ob vitæ pravitatem,vel ob pericula,aut aliam denique ob cauſam. Ἀνώνυμος, ignobilis,obſcurus,incelebris,poeticè νώνυμος.

Cognomen Græc. ἐπώνυμον, vel in bonam, vel in malam partem accipitur,ſive honeſtum eſt,vel inhoneſtum,de priori ratione in præced. & ſeqq. copioſè,de altera acceptione hoc loco Germanis dicitur Obername / quaſi ſuper-ad-agnomen,

παρωνυ-

παρωνυμία, προσωνυμία, infame nomen, ignominia maculatus, bono nomine & fama privatus, Germ. Schmach/Schmähung/so man einem keinen guten Nahmen gibt/ Lästerung/ Belästerung/so man einen mit einem bösen Nahmen belästiget / scommate oneratus. Atque talia convitia & dicteria non minùs quàm vera nomina & cognomina, infinita sunt; utinam inter Christianos minùs usitata! Non inferiores certè sunt hodie religionis adversarii priscis Judæis, & gentilibus hac in parte, quin extra religionis negotium non pudet sæpe orthodoxos etiam probroso & indigno nomine conspurcare proximum, eúmque *στιγματίζειν*, convitiorum plaustra in eum exonerando, Diabolum, Belialem, nebulonem, & quid non? nominando. Ita dirarum & convitiorum nomina apud Saxones Kobald/Faland/Krodo (Krott). In legibus Caroli Magni Cogcio occurrit, quod nihil aliud quàm Geck/Gauch / (Busæ p. 256.) Reinesius de Deo Endob. F. 2. *Vinidi duplicem Deum. 1. boni. 2. mali authorem coluere. 1.* Dabreho Boha. *2.* Zleho Boha *appellantes. Iidem conversi verum Deum* Boha/ *at Diabolum* Zerneho Boha *i. nigrum Deum vocitârunt, sicut patres Latini Æthiopem, hodie* Zerta/ *& absolutè* Zleho / *i. πονηρὸν, nequam, malignum. Vocatus etiam* Helle Mohre / *i. infernalis Æthiops.* Talia itaque convitia in eum conijcere, quem Christus sanguine suo sibi acquisivit, pudeat Christianos. Socrates rogatus, quo pacto quis posset honestum assequi & tueri nomen, respondit: *Si talis esse studeas, qualis haberi velis.* Itaque probris impetitus operam det, ut talis non sit, qualis infamatur. Facit huc etiam Xenæneti

 Ducis

Ducis responsum, quod civibus exprobrantibus, quòd in bello imperator exercitus fugisset, reposuit: *At vobiscum fugi*. Significans ducem subsistere non posse absque militibus. Conf. Matth. 7. 3. c. 5. 22.

§. 38.) Huc etiam *Epitheta* spectant, Germ. Titel/Ehrentittel/Vberschrifft. Atque hæc etiam ratio à simplicitate primæva longissimè discessit, ac in maximum abijt abusum, cumprimis apud Germanos. In prima mundi ætate ignota talia erant, tum apud fideles, tum apud infideles, vel sanè exilia atque exigua, prout S. Pandectæ testantur. Deinceps succreverunt paulatim. De his Lexica, Onomastica &c. omnium linguarum & populorum consule: quidpe longum nimis foret, & singularis operis atque industriæ copiosè de illis agere. Equites olim proximi erant apud Romanos ordini senatorio, & tamen nonnisi honesti, honesti & graves, honestissimi, ornatissimi dicti. Senatores honestissimi, lectissimi, rectissimi, boni, clarissimi & præstantissimi, constantissimi, fortissimi, optimi, nobilissimi, ita deinceps. Optimè meriti patres patriæ compellati, ut Deus & natura regna, populos, familias, fortunas ac conditiones distinxit, ita æquum, ut ratione diversa ac distincta hæc exprimantur, & à se invicem discernantur, modò honestas & æquitas ritè observetur. De titulorum simplicitate & luxuria Besold. thesauro pract. lit. T. §. 11. ubi allegat Dracon. de origine & jure patricior. lib. 3. in append. cap. 2. à princ. ubi scribit: *Nobilibus, ut & patricijs quondam scribebatur*, Denen Ehrbaren vnd Besten. *Hodie Nobilium titulo nolunt contenti esse; vel inferioris subsel-*

Subsellij homines. Manuel Frid. Barbarossæ coætaneus, ita apud Alb. Stadensem ad annum 1179. ampullatur. *Manuel in Christo Deo fidelis imperator, Porphyro genitus, divinitus coronatus, regnator, potens, excelsus & semper augustus, & moderator Romanorum magnificus*. Reponitur crambe illa à Krantzio Saxon. l. 6. c. 37. & Metrop. l. 7. c. 5. Inanior autem multò magísque ridiculus alter, eiusdem Manuelis strepitus, relatus à Camerario in Chronol. Niceph. ad hunc modum: *Manuel in Christo fidelis R. purpurigena, Romanorum Imperator, pietate præstantissimus, semper venerandus, Augustus, Isauricus, Cilicius, Armeniacus, Dalmaticus, Vngricus, Bohemicus, Crabaticus, Lazicus, Ibericus, Bulgaricus, Servicus, Zechicus, Chazaricus, Gothicus, qui gubernatur à Deo, hæres coronæ M. Constantini, & animo colens omnia jura ipsius*. Alios pariles titulos habet Pontanus in bellarijs T. 3. à Princip. Turcarum Imperatoris immanem titulum. Vide apud Murer. in bello Hung.

§. 39.) Meibomius ad Bullam Andronici f. 9. *Summi*, ait, *Principes tam Ecclesiastici, quàm politici, infimos etiam titulos non aversabantur: Exempla addit. In literis Conradi de Dorstad Nobilis Dynastæ, sive Baronis Saxonici ad ann. MCCLIIIX. hæc extant verba: Cùm conniventia honorabilis viri Domini VVilhelmi Regis Romanorum. Literæ Magni torquati Ducis Brunsvicensis hoc modo clauduntur*: Hier hefft overgewesen de erbare Vorste / Bischof Albert von Halverstad, *Anno 1370*. VVernerus & Otto Nobiles Dynastæ in Egelen, ita affantur Ottonem Ducem Brunsuicensem: Werner vnd Otte/de Edelen von Hademerslevo/vnd Hе-

ren to Egelen/beden deme Achtbaren Vorsten/ vseme Heren Hertogen Otten von Brunßwyck/vse berede vnd willege Denste ꝛc. Literæ datæ sunt An. Christi 1341. Idem Otto, vel alius eiusdem nominis donationis quoddam instrumentum ita orditur: *Dei gratiâ nos Otto, Domicellus de Brunsuick & Luneborg: Annus adscriptus 1329.* Nomina & titulos comitatuum aut familiæ addendi consuetudo nulla fermè tenuit, raró quoque ante Henricum IV. fuit, postea propè invaluit. Guiliman. Habsp. l. 3. c. 70. Ita Schotel. Gram. Germ. p. 438. Olim Grafen vnd Fürsten dicebantur gnädig: Churfürsten gnädigst: Römische Keiserl. Mayestat allergnädigste. At hodie non modò Imperatores & Reges, sed Principes etiam invictissimi, potentissimi, serenissimi, celsissimi &c. quo fato ipsi viderint. Immane ergo discrepat simplex & pia priorum seculorum modestia, ab insolenti lascivientis temporis nostri fastu. In hoc sanè Galli, Angli &c. præ aliis commendandi sunt. Sam. Brun. Basileensis de itinere suo p. 10. In regno Loanga Reges vocantur Manna. quod i. q. Hisp. Don. inde Manna Gangala, i. e. Rex sive Dominus, German. Herr/Pfeil/Dominus scutum. Manna belle i. e. Rex B. hoc est, Dominus culter. Ex antiquitate videsis Esræ 1. v. 2. c. 4. v. 9. 10. 11. c. 5. v. 7. Esth. 8. 5. Dan. 6. 21. 3. Macch. 7. 1. &c. Confer hæc cum Paganino Gaudentio part. 1. Justinianæi Seculi c. 5. ubi non immeritò suggillat codicem, quòd Imperator se *perennitatem* vocat, ac judicium suum *divinum & cœleste*, ita quando *divinitatis* suæ meminit, quæ tamen quodammodo excusari posse judicat, priùs quidem, quia æterna frequen-

ter

ter appellata Roma, cuius illi Domini fuere: posteriora quia supra omne fastigium collocata Majestas, & Deo proxima, de cujus jussis non licebat disputare. Aliàs omnes boni principes sunt detestati Domitianum, qui Dominus Deus appellari voluit. Debent omnino tituli & nomina in honore & existimatione haberi, Esaj. 62. Nondum tamen ij statim nobiles sunt, qui de origine gloriantur, aut qui ex claris & fortibus parentibus orti, sed illi potiùs, qui ipsi virtutibus & facinoribus tales se reddidere: unde Harmodio prisci illius Harmodij abnepoti, generis probrum per convitium obijcienti: *Meum*, inquit, *genus à me habet originem, tuum verò in te desiit.* Idem imitatus Cicero. Atque hanc ob causam principes, duces & comites, imò & reges hæreditariam successionem olim non habebant, sed ex consideratione virtutum eligebantur. Vide Olear. in Obitum Mandeslo, II. iii. ex Sen. Ep. 44.

§. 40.) Illi igitur verè nobiles dicendi, qui virtute præditi, unde rectè Græcè ὀνομαστοί, κλεώνυμοι, propriis facinoribus clari ac insignes. De præeminentiis, & dignitatum titulis vehementer semper decertatum, non modò à regibus & principibus, imò etiam à clericis & prælatis, sed & ab utriusque ordinis gentibus minoribus, imò etiam minimis & postremis e fæce populis, à servis atque mancipiis, ab iis etiam monachis, qui singulare humilitatis exemplar videri & haberi volunt, vide Majol. de dignit. differ. p. 901. Hinc arrogantes & superciliosi tituli *Baccalaurei, Magistri, Doctoris, Laureati, Licentiati.* Alia ratio professoris, rectoris, ut quæ nomina munus & officium

certum denotant. Neque decentes & honesti tituli his derogandi, qui in eminentia constituti, uti sunt Cæsarea, Regia Majestas, ita alij sunt serenissimi, strenuissimi, consultissimi, experientissimi, &c. Quo vero censu tot potentissimi, invictissimi habendi, alii dijudicent. Quadrat huc, quod refert D. Simon Pauli in explic. Evangel. Dominica I. adventus: *Princeps*, inquit, *optimus pia & laudatissima memoria Christianus III. Danorum & Norv. R. in quodam morbo suo dixit: Nominant nos reges invictos, quàm verò invicti simus, ostendunt morbi, qui nos sæpe vincunt*, adde quod invictissimi regno excussi, sceptróque privati sæpe deprehendantur. Excessisse modum illi veteres Episcopi mihi videntur, qui se invicem sanctissimos, sanctitatem &c. vocârunt, quo nomine ipsi etiam hæretici eiusdem ordinis inscribuntur. Et hos tamen hodierni superant prælati & abbates, qui utrunque administrant gladium, vel qui duplicem sustinent personam, unde illustres, illustrissimi, celsissimi, gratiosissimi. Ecqui non reverendissimi? &c. Illuminatos, Seraphicos, Angelicos &c. Doctores, ita Dominicanos, Franciscanos, Minoritas &c. bullatis Judæorum titulis jure adscribimus. Ope nominum homines & res absentes ac incognitas & obscuras cognoscimus, ex. g. lapidem preciosum, eiúsque vim & efficaciam à vili distinguis: at talium superciliosorum nominum ope quî hoc fieri poterit? Præter sexcentos alios, inprimis politicos, vide Buchlerum de conscribend. Epist. in fine. Et Buxtorf. de eadem materia p. 62. seq. & in ipsis epistolis, ubi mendaces titulos, sesqui pedalia verba, & phrasis scripturæ turpem abusum

in

in gente tumida & arroganti observabis, ita ut omnes Mercurij pullos, Semideos, Hercules, & Jovis filios facilè ex hac μεγαλωνυμία crederes.

§.41.) Sicut verò epitheta, propria nimirum & convenientia, ita & imperiorum, gentium, regionum, urbium, familiarum insignia, muta quasi nomina sunt, virtute parta, ac in posteros cum laude transmissa, adeóqua non minùs quàm illa non παράσημα, sed ἐπίσημα esse debent. Rom. nummis originis suæ signa impressere, ut cùm in gente Julia videmus Æneam Anchisen humeris, palladium dextera gestantem. Rupert in Paterc. lib. 1. cap. 1. pag. 5. Symbola, vel etiam initiales vocum literæ pro nominibus habentur, quæ signa potiùs quàm nomina dicenda. Interdum per anagrammatismos id fit. Vide Sphing. Heidf. c. 26. p. 744. Insignia Scytharum fulmen olim erat: Sus Phrygum, Thracum Mars, arcus & pharetræ, Persarum leones & rosæ: Geminæ rotæ Corallorum: Gallorum buffones, nunc Lilia: Romanorum aquilæ &c. de quibus integri ac illustres libri extant. Vndiquaque illa desumi possunt, potissimùm verò ex facinoribus concessa maximè nobilitant, unde German. Waaffen/ i. arma, Schilt/ i. scutum, clypeus: Helm/ cassis, galea, ab armis olim gestatis & insignibus, quibus erant notata ac distincta. Neque cuique pro lubitu ea assumere, vel mutare, sine privilegio & licentia permissum fuerat. Vide Cluver. de Antiq. Germ. Neque sine causa reges atque principes hanc tribuendi talia potestatem sibi adscribunt, quò virtus accendatur, præmia decernantur, & in classes totus populus distinguatur. Inde etiam fit, ut simplices ac

plebeij ferè nonnisi artium & professionum suarum instrumenta usurpent. Huc pertinent etiam præmia benemeritis exhibita, qualia fuere 1. cognominum honor, uti quoque sunt monumentorum inscriptiones. 2. Statuæ, earúmque inscriptiones. 3. Domûs exstructio in publico. 4. Publica sustentatio vel benemeriti, vel posterorum eius. 5. Jus sessionis in primo loco, ut de triumphis, & panegyricis, seu laudationibus nihil dicam. Rupert. in Valer. Maxim. lib. 1. c. 3. Quid igitur de titulis & insignibus eorum principum & Dominorum sit sentiendum, qui eas regiones & loca ampliùs non possident, quorum insignia & nomina adhuc retinent. Vide Pipre des intentions c. 8. Besold. de Monarch. f. 10. & eorum juridico effectu. Adde Rosacorb. f. 10. ex Confer Al. Rufum in Car. Molin. pag. 302 seq. Robig. lib. 6. cap. 8. seq. & l. 3. c. 9. seq. Meritò judiciosissimus Antisthenes Atheniensium Philosophus hanc materiam claudit. Is ergò observans, vulgus hominum è structuris, statuis, trophæis, ac libris sibi promittere immortalitatem (adisis Rupert. in Valer. Max. l. 8. c. 14. §. 5.) ijs, qui appeterent immortale nomen, unicam viam ostendit, *ut justè, piéque viverent*. Insuper rogatus, quæ res protenderet civitatibus exitium: *Cùm in his*, inquit, *nullum esse potest bonorum ac malorum discrimen*. Vide Text. offic. part. 1. p. 156. de virtutum & doctrinæ præmiis. Bodin. meth. hist. pag. 198. alios.

§. 42.) Nunc tandem ad ipsam nominum impositionem descendimus, cuius pro gentium rituúmque diversitatè, diversa ratio fuit. De ea Pasor de nominibus propriis N. T. *Ea non est*, inquit ille

ille, *humanum inventum, sed ipse Deus primus fuit* Ὀνοματέτης. *Manavit autem hic mos inde à prima gentium dispersione ad omnes populos.* Ratio verò ipsa & necessitas hunc morem ubivis terrarum stabilivit & comprobavit, ut ita alter ab altero distingueretur. Miraculo quidem non caret, quòd in tam infinita hominum copia, unus ab altero, externis lineamentis, colore, staturâ, & quæ Physionomi aliàs notant, distinguatur, ac dignoscatur, at verò nondum hoc sufficit, quidpe distincta nomenclatione opus quoque est. Imponuntur enim nomina ad discrimina inter individua constituendum singulari appellatione, à Deo commendata, & ab Adamo & Mose posteris tradita. Puerperæ olim apud Gentes nomina infantibus suis indidere, sicut Homerus attestatur, præterea novæ nuptæ ante ædeis nomen assumpsère. Apud Judæos nomina liberis imponebantur à parentibus, Genes. 21. 3. 4. & quidem in circumcisione, Luc. 1. 59. cap. 2. 21. quod hodiéque apud illos obtinet Buxtorf. Synag. Jud. c. 2. p. 84. Huius rei gratiâ testes, accessus scilicet ad Ecclesiam, & nominis inditi adhibebantur, Esaj. 8. 2. 3. illos vulgus compatres & commatres, hos Græci Συντέκνους appellârunt, ut notat Tremelius. & ex eo Zimerm. in dissert. ad Tertull. p. 44. Vsus igitur talium testium antiquior longè, quàm qui vulgò fertur. Gratianus Hyginum circa ann. 158. patrinum & matrinam instituisse ait: alii Gregorio id assignant, Telesphoro alii. Eos ἀναδόχους vocat author recentior, qui sibi Dionysij Areopagitæ nomen finxit. Sponsores alicubi Tertulliano. Horũ lustricorum parentum ritum ab Ethnicis alii deri-

 vant

vant Quicquid ſit, fideliũ hunc ritũ non demũ ad tempora Arianorum, ſed dirarum perſecutionum Gentilium referenda rectè volunt, in hunc finem inſtitutum, ut diſperſi juniores teſtes haberent baptiſationis ſuæ. Non plures tamen uno teſte, vel patrino adhibere vetuſta Eccleſiæ conſuetudine licuiſſe. Zepper. Polit. Eccleſ. l. 1. c. 14. docet, ubi turpem ſimul atque avaram nundinationem & quæſtum in divino hoc Sacramento meritò reprehendit, vide diſt. 4. de conſecr. c. in Catechiſmo. Quod ad cognationem ſpiritualem, quam Nicolaus P. cap. 30. q. 8. c. 1. potiùs vellet dici proximitatem ſpiritualem, eadem ab ipſo impedimentis matrimonii contrahendi annumeratur, ita ut conjugium non poſsit iniri inter parentem luſtricum, & filiam luſtricam, vel inter hanc & illius filium. *Quandoquidem*, inquit, *nec inter eos, qui naturâ, nec eos qui adoptione filij ſunt, venerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt*. Verùm oppidò bene hanc rationem tanquam futilem ipſa gloſſa reijcit, cùm talia conjugia legibus quidem Romanis prohibeantur, non tamen canonicis, ut nec inter tutorem & pupillum, ſenatorem & libertinam.

§. 43.) Nominibus aliquam vim ineſſe, & creditum olim fuit, inquit Soranus, & nunc quorundam opinio eſt. Quapropter non modò deliberabant diligenter de illis imponendis, ſed & ſi quos cui rei adhibere volebant, diſpicere ſolebant, quàm bene ominatis nominibus eſſet. Vide Origenem contra Celſum l. 1. Feſtum in Lucrinus, & ibid. Scalig. & Patrem Scalig. Exerc. 266. & ex eo Sphing. Heidſ. c. 26. p. 739. Lipſium ad 4. hiſt. Tac.

Gro-

Grotium in Prolegom. in Phænissas Eurip. p. 20. Caussinum de Eloq.l.4.c.39.De nominum impo-sit.orationem scripsit Majoragius. Kek.Polit.l.1. c.15. Certè in Sacramenti initiationis perceptio-ne, nomen quoque datum, Abrahamus docet, quando nonagenarius pristinum mutavit.Romani die tertio nomen natis imponebant,ac publicè inscribi curabant, quod & Franciscus Galliæ Rex Anno 1549.fieri mandavit. De illis imponendis juxta proprietatem & significationem maximam rationem olim fuisse habitam,Johannis Baptistæ exemplum probat Luc.1.59.seq. imò præter hominum intentionem singulariter hoc Deum interdum ita direxisse Nabalis exemplum, 1. Reg. 25.demonstrat. Vt ergo fideles olim in circumcisione,sic Christiani in N.Test. in baptismo nomina infantibus imposuere, Vid.Alsted.Lex.Theol. c.3.p.226.seculo 3. & seq. ob ingentem abusum in dilatione baptismi ex Novatianismo ortum, longè priùs nomen acceperunt,id quod in Constantino M.& aliis apparet.Contrà alii ante nativitatem divinitus olim fuerunt denominati,unde c.32.in Pirke R.Eliefer. *Sex appellati sunt nominibus suis,antequam nati erant,istique Isaac,Ismael,Moses,Salomoh,Josias, & nomen Messiæ.* Certè de Messia extat Luc.1.31.& de Johanne Baptista ib.v.13.vide Chemn.cap.6.p.55. ubi clarè docemur, unum ferè ex majorum nominibus fuisse acceptum,v.61. Non sine causa verò tempus baptismi observatur, ut nimirum cogitent adolescentes 1.à quo formati. 2.unde formati,è luto,sicuti Adam. 3. quare ita baptizati, scilicet quia Christiani,seu à Christo redemti,& ad novam vi-

tam

tam à Spiritu St. regeniti. De Græcis Zimmerm. in dissert. ad dict. Tertull. p. 47. *In Euchologio, inquit, seu Rituali ipsorum, quod Latinitate donavit, & edidit Jac. Goar, inter alia: Octavo die à nativitate puer ab obstetrice in templum deportatur, & præ foribus sistitur, sacerdos à benedictione auspicatus, signat frontem eius, os & pectus, tum puerum manibus assumens, præ foribus templi &c. nomen imponit baptizando &c.* Nomina quoque infantibus apud Russos in baptismo imponunt, Olear. l. 3. c. 23. p. 282. Si quis ex nostris ad eos deficiat, rebaptizatur, novúmque nomen accipit, ibid. c. 24. p. 287.

§. 44.) Pulchrè de Romanorum veterum ritu Alex. ab Alex. l. 2. c. 25. p. 98. b. *Cùm infans editus primam lucem hausisset, Romanis erat in usu, ut ab obstetrice exceptus humi sterneretur, quasi divinationem futuri exitus inde auspicati, lectóque Pilumno & Picumno in ædibus parato, ita augurabantur, ut his præsidibus Diis vitalis foret: néve Sylvanus in domum irrepere valeat, quem vexare pueros opinio erat, ad fores ædium tres viros, qui pervigiles domum circumirent, advocabant, quorum primus limen securi, alter pilo feriebat, tertius verò scopis everrebat: mox nomen & tempus editorum filiorum apud præfectos ærarij publicis actis testarentur & scriberent, quæ in Saturni æde, tanquam publica monumenta, servari proditum est.* Et paulò pòst: *Maribus nono die, postquam in lucem editi fuissent, fœminis verò octavo nomina imponebant, nonnunquam septimo, qui dies lustricus nomen habet. Quod teste Aristotele, ideò cautum, quòd ante septimum pluribus infans casibus expositus manet. Ab Atheniensibus verò, & omni ferè Græcia, decima à na-*

natali die, infanti nomen indere servatum est. Apud Troglodytas fuit patrij moris, ut non hominum, sed arietis, pecoris, aut ovis imponant, quòd bruta, quorum ope victitabant, suos genitores ducerent. Atlantes, Aphricæ populi, nulla infantibus indere nomina consuevere, sed velut bruta anonymi fuerunt. Divus Antoninus Philosophus natos liberos apud præfectos ærarij profiteri, & tertio die à partu nomina ferre jussit. Nono verò die nomina infantibus indere antiqui moris fuit. Plura vide apud Sigon. l. 2. Emendat. item Beroaldum & Torrentium ad Sueton. & in peculiari libro Onuphr. Panvin. de antiquis Romanorum nominibus. *Daci nuptias celebraturi certum in locum sponsum sponsámque devehebant, quò cùm convenissent, sponsus novum nomen sponsæ quod libuerat, & hæc illi vicissim imponebant, quæ nominum impositio, si ab utroque rata habebatur, signum erat contracti conjugij.* Langius in Democr. rid. part. 2. p. 104. Apud veteres Germanos significantia erant nomina nec fortuita. Vide Schotel. Gramm. Germ. p. 38. seq. ed. in 8. Idem de Americanis testatur Lerius p. 230. & 236. Turcæ nomina suis dant primùm atque nati, anno demum 6. aut 7. illos circumcidunt, si fidei confessionem edere, aut hæc verba legere, vel efferre possunt: *La ilahe Hilalla Mehemet Resulla Tangari bin benem benae*, id est, *Deus est Deus, neque alius est Deus, Muhammed est Apostolus & Consiliarius Dei, unus Deus, & verus Propheta unus.* In his verbis tota ipsorum fides & lex consistit. His itaque prolatis mox circumciditur, at non semper in templo, sed plerunque in ædibus. Primùm atque circumcisus vocatur Musul-

man-

mannus. Licet autem mulieres non circumcidantur, tamen Musulmannæ appellantur, póstquam allatam confessionem edere possunt. Murer. hist. Turc. p. 85. Persæ vovent & consecrant interdum fœtus suos in materno adhuc utero existentes, indéque illos denominant. Olear. lib. 5. c. 40. pag. 683.

§. 45.) Gotofrid. in Antipod. p. 180. in Virginia viri, mulieres & liberi diversa accipiunt nomina, pro arbitrio sui patris familiâs. Et p. 196. adolescentes diversimodè sese appellitant, quodvis autem singularem habet significationem, postquam enim virilem attigerunt ætatem, mutant nomen, sibíque nova dant nomina, prout aliquod insigne patrârunt facinus. Idem pag. 121. virilis sexus homines juxta feras se nominant, nomen retinent ad virilem usque ætatem, & ad militiam, quot igitur hostes occidunt, tot sibi nomina imponunt, ísque maximus apud illos honos, si quis multos vitâ privârit: Mulieres ex avibus, piscibus, & frugibus arborum nomina sibi dant in juventute, deinceps verò quot ipsarum viri trucidârunt, tot etiam ipsæ nomina accipiunt. Linschot. T. 3. l. 7. c. 10. & Lerius l. 3. p. 77. c. 15. f. & c. 16. 17. & 21. Mexicani sortiuntur nomen insignis infantis, unde multa colligunt & conijciunt, & l. 5. c. 19. & 21. sæpe homines, aut proprios liberos offerunt, ut sanitatem recipiant. Hulsius de Gninea: Puerperæ non decumbunt, sed mox à partu usitata sua negotia peragunt, infantibúsque nomen imponunt, prout inter se invicem convenit, conjurántque suis Petissis, & aliis rebus magicis. Eosdem quoque certo tempo-

re

re circumcidunt, tam fœminas, quàm masculos, conviviúmque lautum instituunt & agitant, de quo multa ominantur. Barlæus in hist. Brasil. pag. 748. *Chilenses certi quid de Deo cognitum non habent, interdum tamen ætheris quendam Deum colunt, quem Pillan vocant, unde virum idoneum, sapientem ac fortem vocant Pillanum, q.d. divinum.* Idem pagina 77. Brasiliana nomina habet. In Ambojana insula Belgis subjecta, (quivis pagus, imò quævis familia, proprium habet Diabolum, nomine proprio vocatum, principem autem illorum, sive supremum vocant Lenthila, i.e. magnum aerem. Vide eund. l. 3. p. 230.

Sam. Brun. pag. 73. de Guinensibus: Mox ut infans natus, genitor omnes convocat vicinos, qui arboris folio infantem inponunt, quia destituuntur pulvinaribus, potántque strenuè supra corpus illius, ita ut guttæ decidant in illud: quamprimum autem clamat, nomen illi dant juxta sonum quem edidit, utpote Coranquin/ quaku/ apeidabe/ jasurg. Eos quandoque etiam Bangala vocitant, quod nomen magni apud illos fit. Quando autem Christiani ad eosdem accedunt, sæpe liberis suis Christianorum nomina imponunt. Natalem quinetiam diem observant, prout Genethliaci nostri. Ita Christiani nonnunquam suis id nominis dant, quod nativitatis dies præ se fert. Ceremissi Tatari, religione Ethnici, si infans semestre ætatis spatium attigit, diem certum constituunt, quo puer insigniendus est nomine suo, itaque quicunque illo die primus ad illum accedit, vel eum præterit, eius nomen accipit. Olear. Itiner. Pers. l. 4. c. 4.

§. 46.

§.46.) De nominum impositione quoniam pro more, succinctè & eleganter tractat Szeged. loc. comm. pag. 170. id huc conferre non piget: *Nomina, inquit, imposita sunt vel communia, eáque aut professionis vera, ut Christianus, aut falsa, ut Benedictinus, Franciscanus, aut officij, ut senator, prædicator, pater, vel sunt propria, ubi tenendum, quæ sit ratio imponendorum nominum, scilicet tum generalis, ut alius ab alio discernatur, tum specialis, aut rei alicuius præterita memoria, ut Adam, Israel, Isaac &c. aut futuræ rei significatio, ut Eva, Abraham, Sara, Salomon, Johannes, Jesus, Petrus &c. aut memoria parentum, fratrum, sororum. Luc. 1. 61. aut ut Sanctorum vita, professio, & fides eorum nominibus in nobis conservetur &c. Opera autem danda, ut propria nomina usitata & cognita sint, quorum significatio vel de promissione Dei, vel de pietate, vel vitæ innocentia nos admonere possit.* Epithetorum instar sunt nomina, quoad perspicuitatem & differentiam, atque inde etiam fit, ut quædam nomina aliis pro proprijs, alijs pro appellativis accipiantur. Confer Biblia Lat. Vet. Tigur. cum novis Germ. Mich. 1. 1. item 14. 2. Chron. 14. 9. & Mich. 1. 10. cum Jos. 18. 23. item Mich. 1. v. 12. & 14. aliáque quàm plurima. Certè ipse Deus naturâ invisibilis & incomprehensibilis se manifestavit suis, inter alia nominibus certis, quibus cognitionem sui nobis aperuit, ut sunt Jehova, Elohim &c. Vide Illyr. tract. 1. de rat. cog. S. Lit. p. 29. §. 15. VValther. Spicil. pag. 3. *Etymologia nominum, & historia negligenda non sunt. Sæpe enim maxima rerum momenta in ijs continentur.* Trem. ad Esaj. 7. 3. N. 5. Sic præter Hebræos, Græci quoque

&

& Germani nomina significantia liberis suis imposuere, at Romani non item, ut volunt aliqui, sed qualiacunque, nihil fermè, nisi ignobilem etymologiam habentia, ut alius à pisis, alius à fabis, à cicere alius, aut lente dictus sit. Et hoc tamen suum habet insignem usum, utpote qui magnum illustrium etiam Romanorum erga agriculturam amorem & studium declarat, vel excellentium virorum stirpem & originem exilem demonstrat. Certè sicuti nostri ex animalibus, instrumentis, & naturæ opificiis, aliísque rebus, sive faustis, sive ominosis, laudatis & illaudatis, sua desumere nomina gestiunt, ita nec veteres illi Ecclesiæ veræ alumni à tali consuetudine fuerunt alieni. Invenimus enim in scripturis leones, ursos, vulpes, porcos, pulices, feles &c. Sic à variis qualitatibus & accidentibus desumta, utpote Amraphel, Chophrah, Zilpa, Cesil &c. vid. Georg. Georgi præf. col. 58. seq. Iterum Illyr. tract. 3. de part. orat. ubi de nominibus propriis p. 229. seq. *Nomina propria tum personarum, tum locorum, adeò sæpe significantia sunt, ut totam quasi historiam, aut doctrinam personæ, aut loci complectantur, ut in Abraham, Immanuel, Jerusalem, Jesus &c.*

§. 47.) Tum à Deo vel angelis, tum à patre vel matre nomina fuisse indita in V. & N. T. compertum. Apud Gentes, ut ex parte jam cognovimus, varia erat ratio. Apud Lycios à matribus, à quibus etiam familiæ nomen ducebant liberi, non à patribus. A matribus apud eosdem nobilitas etiam, seu ingenuitas derivabatur. Itaque si mater ingenua, quamvis pater servus, filii quoque ingenui censebantur: Herod. l. 2. Contrà A-

phraantes Libyi nomine planē caruere, Keker. T.2.de Rep. antiq. disp. 2. §.49. *Atheniensium constitutio, ut nemo ex fœmina genitus maternum sibi nomen adscisceret, nam fœminis indere familiæ cognomenta, lege vetabatur, (id quod æquè à Romanis factitatum comperimus,) tum ne quis illas Athenas vocaret, (sed Atticas) edicto cautum fuit, ne* Ἀθηναίης *h.e. Palladis Deæ nomen sibi usurpare viderentur*, Alex.l.5.c.4. *Moris erat tam regum, quàm privatorum Anglorum, ut pater in filio maiore natu plerunque suum renovaret nomen*: Polyd.l. 19. *Nunc cum immutato regni statu, & iste mos est abrogatus. Jus tamen primogenituræ huic consuetudini respondet.* Troglodytæ æthiopes parentum nomina minimè induunt filijs, sed tauri, arietis, ovis, & hos quidem patres, has matres (quoniam ab his, non à parentibus, quotidianus præbeatur victus) appellant. Diod. Sic.l.4. c.3. Macrobius l. 1. Satur.c.16. Cæl.l.22.c.13. A.L. ex Arist. l. de animal. hist. Nato infanti ante diem septimum nomen non imponi solitum apud Græcos, veluti priùs non videretur omnino vitalis, unde παιδία ἑβδομενόμενα dicta, & βοῦς ἕβδομος. Suidas decimâ id Athenis die solitum factitari, quando congregatis tum consanguineis, tum amicis, peracta re divina, splendidum parabatur convivium, quod vocabant δεκάτην ἑστιᾶσαι, i.e. decimo die cœnam præbere, de eod. Joach. Camerar. Comment. de utr. ling. pag. 19. *Quinto à nativitate die Amphidromia agebatur* (Gr. ἀμφιδρομία, ab ἀμφὶ & inusit. δρέμω, pro τρέχω, quia manus expurgagabant, quæ obstetricis munere fuerant perfunctæ, cursúque ad focum Laribus offerebatur puer.

puer. Dicitur etiam in plur. ια, ιων, ἀμφιδρόμος, circumcurrens, circumcursans &c.) *& à propinquis polypodes mittebantur ac sepia, munerum loco. Primus autem Anton. Philosophus jussit apud praefectos aerarij Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri, intra tertium diem nomine imposito; idémque in provincijs fieri Julius Capit. testatur.* De eadem materia Festus: *Lustrici dies infantium apud nos appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus, unde Dea Nundina, (item Nondina & Nona) à nono die nascentium, quia his lustrantur, atque eis nomina imponuntur. Plutarch. in Quaest. Roman. Lustrici, lustratíque dies Romanis dicuntur, credo, quia foeminas citò pubertatem assequi compertum est. Ideò veteri lege cavetur, ut mulieres XII. mares XIV. aetatis anno pubertatem assequi viderentur.* Vide Aret. loc. comm. LXXIX. Lustricus ergo & Lustrarius dies fuit dictus, quo nomina fuerunt imposita, item nominalia, Graec. Ὀνομαστήρια, in rei memoriam. De his prolixè P. Faber 1. Semest. c. 6. vide & Hospin. de Festis Gent. item Stuck. de Conviv. Bertium, alios.

§. 48.) Fl. Illyr. tract. 3. de part. orat. p. 231. *Usitatum fuit & adhuc est apud Orientales, & nunc apud Turcas, ut acquisitis servis nomina nova imponant, neglectis prioribus, quod dominij signum, Chrysostomo & Appollinari testibus.* Exempla sacra & profana vide ibidem. Itaque non modò Reges Ægypti, Babyloniae &c. devictis hoc facere soliti, uti §. 21. ostendimus, sed nec ipse Deus gratis exemplis praevit. vide Greg. Greg. praef. col. 41. Aliàs quàm malè hodie nomina tum mutentur, tum ex aliis linguis adhibeantur, vide Eh-

renf.T.S.à.p.65. Pulchrè Keker.Polit.l.1.c.15. §.5.6.Schonb.Polit. l.1.c.10. p.79. In familia vigere eiusdem nominis gentilitij usurpationem debere, nec ferre magistratum, ut cognomina temerè mutentur. Ne verò ansa ad hoc præbeatur, opera omnino parentibus Christianis danda, ut honesta & pia indantur. De hoc Aretius Loc.79. *Sine nominibus oberrare, prout Atlantes fecere, ferinum est: brutorum animalium Troglodytarum more, ad homines transferre, impium: certior enim ratio in homine appellando, quàm in bruto animante esse debet.* Romani Gentilitia plerunque servârunt, quòd virtutis essent argumenta, magnorum virorum nomina libenter renovârunt. Græci, Judæi nomina familiis consueta repetebant facilè, Luc.1.67. Liberiùs hodie Christiani agunt, qualia singulariter admirantur, aut quæ professionis suæ imponunt. Vulgus sine ratione, *nomina interdum sequitur*, ut nomina, ita non minùs arma distinctionis causâ inventa sunt, unde ea, quæ alterius familiæ insignia assumere non licet, nec mutare nomen, nec cognomen. & assumere cognomina alterius familiæ, contra voluntatem ipsorum de familia. Fr. Viv. in dec. Neap. dec.324.

§.49.) Huc pertinent ficta etiam nomina, qualia ij assumunt, qui vel decipere cogitant, vel latitare volunt, quales inter scriptores reperias, de quibus Ehrenf. T.S.à p.67. de iis qui aliena nomina mentiuntur, ut sese familijs illustribus infarciant. Vide Rupert. in Valer. Max. l.9. cap. 16. Manes priùs Cubricus (malè Curbicus, peius Augustino Vrbicus) dictus i. vas vacuum, ut ergo la-

teret,

teret,& simul evitaret nomen servile, Manem se vocavit, quod non idem quod Minæus, hæreticus, sed vas, organum, vide historiam meam ad ann. 277.§ 1. Ita Justinus in Apologia sua ad Antoninum Imp. Octavium se ob instans periculum nominat. Talia ponere usitatum etiam poetis in fabulis, ita ut subjectæ materiæ respondeant: ex. gr. Terentius in Eunucho, Laches à sortiendo, sive intendendo actionem injuriarum. Phædria ab hilaritate morum. Chærea, à gaudio. Parmeno, quòd sedulò adsit Domino suo. Dorus, quòd dono mittatur Thaidi. Thais à pavone videtur dicta addita aspiratione. Dorias ab hasta, quòd in bello capta sit. Pythias ob calliditatem, aut quòd omnia percuntetur. Thraso à confidentia, stolidus enim fingitur & arrogans. Sanga à σάττω, h.e. componendis sarcinis, liber fingitur ac Domini contemtor. Enato, à mandibula ut edax, ut assentator & callidus. Chremes, adolescens ruri educatus, eóque civilium blanditiarum insolens, & artium imperitus. Antipho, quòd obvius appareat. Rupert. in Val. Max. l.7.c.3.§.2. notari suadet Romanorum lusus in cognominibus dandis, hinc Androgyne, quæ sub specie fœminæ virilem animum gerit: Mulieres procaces Afranias, fortè ex α pr. & φρὴν, sine mente. Ita contrario modo exprobraturi ignaviam, vel mollitiem viris, eorum nomina in fœminarum mutârunt, ita Domitus Imp. Domitia dictus. Caligula quasi ambiguæ virilitatis vir, & qui pudicitiæ neque suæ, neque alienæ pepercit, Caja Cæsar appellatus, apud Jos. ant. l. 14. c. 28. Antigona pro Antigonus.

Observandum quinetiam, non semper valere

nomina, nec perpetuò respondere eis facta, non enim quivis Johannes divinâ repletus gratiâ, pessimus fuit & inquietissimus Absolom, cùm pater pacis esse debuisset, Habel contrà malè propitio nomine adepto, optimus extitit. Quæritur an ex malo nomine mali quid præsumendum. Vide Bocer. tract. de tort. c. 3. f. 217. n. 80. Non certè facilè hoc adfirmârim. Ominosum tamen in quibusdam reperitur. Hinc apud Romanos Marci prænomen veluti pernitiosum & infame, Manlia gens magnopere devitavit, postquam M. Manlio crimine affectati regni turpi judicio convicto, ne cui gentili nomen Marco foret, senatus consulto cautum fuit. Alex. l. 5. c. 4. Herostratus ex Ephesini templi incensione nomen sibi acquirere voluit, quo tamen ipso perdidit. Rupert. in Val. Max. lib. 7. c. 14. §. 8. Talia exempla hodièque obvia, ubi gentilitia etiam nomina exprimere publicis decretis vetitum, aliáque eorum loco substituta, ita Eschibachensis juvenis, solus singulari quorundam favore & gratiâ, in vivis relictus, cuius parens VValtherus ab Eschibach unà cum aliis Albrechtum Imperatorem, filium Rod. Imperatoris, confodisse credebatur, generis sui nomen mutare & vocari von Schwartzenberg debuit, Bulling. Hist. T. 1. l. 8. c. 10. Ita Claudia gens Romanorum, propter gentilium flagitia, cùm Luciorum alter cædis, alter latrocinij damnatus foret, ad diluendam memoriam dedecoris, Lucij prænomen devitavit, Alex. l. all. Præterea sicut Romæ celebria nomina servis imponi haud licuit, ita servilia quædam non indita liberis, cùm tamen minimè omnes servi servilia, nec liberi sive ingenui libe-

ralia

ralia ingenia habuerint. Ibidem lib.3. cap. 26.
§.50.) Vt quævis lingua singulares aliquas proprietates habet & veneres, aliis linguis incommunicabiles, sic eadem cum gente tota, imò cum exiguis sœpe locis ratio, unde nomen gentis alicuius sæpe ponitur pro conditione gentis, ut Romanus pro sublimi, vel pro gloriæ & honoris cupido: Hieronymo Afer est Versipellis: Syrus, Geta pro servis & mancipijs &c. Vide Schol. in Ang. de C.D.l.2.c.13. Ita specialius Cæsares à Cæsare illo Julio, Battologi à Batto quodam, ac infinita alia. Adeóque propria nomina in appellativa sæpe migrant, ita per synecdochen speciei pro genere Tiphus pro quovis gubernatore, argus pro navi, Troja pro civitate accipitur. Achilles i.q. fortis, Nero i. crudelis, tyrannus: Vatinius, osor: Cato sapiens: Affrania, moribus improba fœmina: Mausoleum i.q. magnificum, & sumptuosum monumentum sepulchrale: Stentorea vox, pro robusta &c. vide Robig. Lex. l.6. cap.18. Contrà accidens aliquod singulare sæpe pro nomine proprio sumitur: e.g. arida i.q. terra, quæ aquarum respectu ita vocatur. לבנה Lebanah, alba pro Luna: חמה chamah, sol, ab æstu, נמלה Nemalah, formica, ab incidendo, vel quia ipsa incisa, vel ab incidendis seminibus. Sic aliquando propria nomina pro gentilibus accipi docti observant ad Gen. 28.9. Iterum verba nonnulla à propriis deducta, ut clodicare à Clodio, summanare à Summano, summo manium Deo, quiritari à Quiritibus, sullaturire à Sylla, κερκωπίζειν Suidæ adulari & fallere, à Cercopibus duobus fratribus Lydis. Euribatissare in eos dicitur, qui li-

cet deprehensi in maleficio, mille tamen modos fugiendi nôrunt, ab Euribato latrone famoso. Sybarissare est more Sybaritarum luxu diffluere.

§. 51.) Placet hic coronidis loco, ex Aretij probl. 79. vel sanè ex Plutarcho in Coriolani vita summatim exhibere, unde præcipuè desumi nomina & imponi soleant.

1. Ἀπὸ τῶν σωματικῶν διαθέσεων, à corporis affectionibus, ut (a) colore nigro, Nigri, Nigidij, Schwartz: à rufo Pyrrhus, πυῤῥὸς, πύῤῥοπος, L. Rufus, Germ. Rot/i. q. ξανθὸς, Xanthus, ab albo albus, albinus, albanus, Germ. Alben/weiß. (b) Ab ἀτυχία seu adverso casu aliquo, hinc Appius Claudius, inde Claudiorum familia, & ita Cæci, Lusci &c. (c) A διαθέσει, seu singulari aliqua affectione membrorum, ut Simon à simis naribus. Silones & Sillæ, à naso sursum repando, aliis tamen rectiùs Sylla, à Sybillis, vide Suidam. Pansa à pansis capillis. Buccones, à buccarum amplitudine. Lappa, ab inculto capite. Capella, à capillorum hirsutie. Nasica, obuncus naso. Antigonus Gonatus, quod magna haberet genua. (d) A statura & qualitate corporis, ut Longinus, Lang/ quo loco non prætereundum, Legendistas eum Longinum vocare ridiculè, qui latus Christi lanceâ percussit, quem rectè lancearium appellativè dicerent, utpote quod nomen deductum ἀπὸ τῆς λόγχης à lancea. Sed in viam. A corporis constitutione Columella, quia procerus, ab obesitate Crassus, Galba (Kalb.) Physcon, ventricosus. Macer, Macrus, Macrinus, à macie, nobis Dürrhans/Dürr. A forma & deformitate, formosus, hübsch/ Calvus, Kahl/ Fenestella eandem ob causam. Hala à fœdo oris halitu.

2. ἀπὸ

2. Ἀπὸ τῆς συντυχίας γενέσεως. Proculus, quia natus absente patre. Vopiscus, qui è gemellis superstes manet. Thomas, Didymus, gemellus ab H. תאם. Seneca, quia senex natus, ut Cælius ex Cassiodoro refert, prout etiam Numam Pompilium natum ferunt.

3. A factorum memoria, ut Messala, Coriolanus, Africanus, Numidicus, Geticus, Asiaticus &c. à locis captis & devictis. Hercules apud Thasios Σωτὴρ dictus, quòd eos servâsset. Hodie multa vana nomina absque rebus.

4. Ἀπὸ τῆς τύχης, ubi est εὐτυχία, ἀτυχία, δυστυχία, ut felix, Eudæmon. Huc pertinent, quæ boni ominis gratiâ imponuntur, ut Beneventum, cùm priùs diceretur Maloeton, Maleventum. Epidamnum póst dictum Dyrrhachium, ne in damnum venire naves dicerentur.

5. (a) A virtute, robore corporis, & fortitudine, ut nerva à nervositate, ab audacia militari Ptolomæus Κεραυνὸς, Ceraunus, i.e. fulmen. Ita Pius, Scipio, Evergetes &c. (b) A vitijs, ruditate &c. Brutus quasi stupidus, brutis animantibus similis. Caius quasi rudis, à γαῖος, terrestris. Choanus i. infundibulum, ab ebrietate, quia illo ori inserto incessanter infusum hauriebat vinum. Alius Metretes, quòd vini metretam hauriret. Sic Congius Ciceronis filius, hinc Bibaculi, Amphoræ, Apitij. Heluones, similiáque nomina. (c) A rerum inventione, sic Caudex claudius dictus, non à stupore caudicis, sed quia primus docuit Romanos naves conscendere. Caudex enim dicitur plurium trabium contextus, ein Floß/Floß. C. Fabius Venox dictus, quia solerter venas Appiæ aquæ

conquisivit. Huc pertinent etiam honestæ occupationis studia, ut Lentulus, Piso, Fabius, Cicero, Hortensius &c. Sisyphus à remediorum inventione q.d. Θεόσοφος, quæ remedia ἀκεσόδυνα & ἀντίπαλα vocant, quia obluctantur morbis, & ὀδυνᾶ h.e. dolorem sedant. Jason à medendo, medicinam enim à chirone didicit, à quo etiam chirurgia, alii tamen aliter.

6. Ἀπὸ τῶν σκωμμάτων, à probris sive dicterijs. Lamyrus, facetus. Δόσων, Dabo, onis, Antigonus dictus, quòd promittendo liberalis esset, nihil autem daret. Pergula, quia in adulterio deprehensus, in pergulis latuit veniente marito. Cornelius Asina vocatus, quia emto fundo, vel ut aliis placet, filia elocata, cùm sponsores ab eo solenniter postularentur, asinam produxit auro onustam, quasi pro sponsoribus præsens pignus. Tremellius Scropha, quia jurabat, nullam esse in villa sua scropham, nisi illam, quæ in centonibus jaceret, lectum monstrans.

Quod ad sacra nomina, quemadmodum Deus omnia creavit, ita aut ipse, aut per angelos, aut per homines, Adamum præcipuè, ídque Spiritus S. afflatu, singulis rebus nomina imposuit, earum naturæ convenienti, ad individua, quorum numerus infinitus est, discernenda. Et hæc ratio in hominum præcipuè appellationibus quàm maximè observata, prout in speciali eorum tractatione apparebit, ubi tamen non parvam sæpe oriri difficultatem tenendum, quando interdum unum nomen pluribus personis (ita et locis) attribuitur, vicissim, cùm unicus homo (aut locus) plura propria nomina obtinet, de quibus Fl. Illyr. de rat. cogn. S. Literas tr. 1. p. 27. §. 13. 14.



PArte priore §. 18. jam testati neutiquam propositi nostri esse, plenam nominum propriorum tractationem edere, tum quia prolixioris illud indaginis & laboris esset, tum quia alii jam hoc executi sunt, quibus addere potes, si lubet, & vacat Soranum, Dasypodium, Martinium, Becmannum, Becanum, Fungerum, Vossium, Drusium, Arquarium, Cornucopias Perotti, & similes alios. Hoc igitur præsens quicquid sit, benevolè accipe.

Ab, aba, nomina Saracenica, aliorúmque Orientalium i.q. Pater. Vsitatum etiam Hebræis, hîc §. 20. H. אב.

Abbas idem. Ita Hugo Capetus Galliarum Rex dictus, quòd se rebus monasteriorum (quas plures illis esse, quàm opus foret, dicebat) implicaret, per jocum seipsum Abbatem vocans: Cranz. l. 4. Sax. c. 18.

Abbreviaturæ in nominibus propriis. §. 11. 22.

Abdalla, pater Muhammedis sic dictus, אללה עבד i.q. servus Dei. Confer amabò cum subscriptionibus Paulinis.

Abdias Prætorius, nomen prius habuit Godschalci, Gottesdiener. Abdon servus vide Obadias.

Abdus, perdens v. אבד. fortè hinc Abdas dictus Episcopus aliàs insignis, qui zelo sinistro Persarum πυρεῖον incendit, unde persecutio orta, Theod. l. 5. c. 39.

Abel, vanitas: malè luctus vertitur, quia non ab אבל, sed ab הבל evanit. Ineptè Alcoranus Abe-

lem

lem & Cainum האבל וקאבל Habel & Kabel vocat. Hott. Anal. T. 1. p. 87.

Aben Esra אֶבֶן עֵזֶר celebris Rabbini nomen, ex 1. Sam. 7. 12. Lapis adjutorij, auxilij, sive auxiliaris (locus). Huius per anticipationem mentio c. 4. 1. Ibidem locus Mizpa, Augustino libr. 17. de Civ. D. c. 7. f. Masphat i. q. intentio. Rationem denominationis Laban edit Gen. 31. 49. Speculetur Jehova inter me & te: à צָפָה. Aliàs idem cumulus Gilead etiam vocatur v. 48. Hunc lapidem Jos. antiq. l. 6. c. 2. Ischirum vocat sive fortem, in signum, quòd eis Deus contra hostes fortitudinem largitus. Erexit hunc lapidem in loco, qui dictus בית כר v. 11. i. e. domus agni, vel pabuli, fortè ab ovili vel pascuo. Josephus loco citato Coreos vocat.

Abia, pater Dominus: Eucherius, at rectiùs alii Pater meus est Dominus. Luc. 1. 15. 2. Chron. 3. 1.

Abjetarius §. 13.

Abimelech, Pater meus est Rex: commune Philistæorum nomen. Vocatur aliàs, אֲבִישׁ utique est, sic est.

Abram, Abraham §. 22.

Abreta Alphonsus VII. dictus, quòd humi semper procumberet, ac terram contrectaret, ut scribit Taraphia Hispanus, Bodino in Meth. histor. p. 388. à Breta verbo Cantabrico, quod terram significet.

Absolon, Pater pacis, pacificus, ex oppositis יד אבשלום 2. Sam. 18. 18. manus Absolonis i. e. facultas, consilium, medium, vis, robur, operatio, à statua quam Absolon sibi erexit, Jos. ant. l. 7. c. 9. Conradus Siciliæ Rex ob pulchritudinem & mores

mores Abſolon dictus, Leander Bonon. in Italia.

Abuherrira, felium pater, Katzen-Vatter: Perſa, qui catum ita amavit, ut eum ſemper ſecum portaverit. Olear. in Saadi l. 3. c. 22.

Abuma, patriarchatus dicitur Arabum, Boem. Aub. p. 486.

Abuthalib ſive Aluthalib, Aaly parens dictus, quaſi pater inquirens, quia jam mortuus inquiſivit in Imam ſuum, prius Emiram vocatus. Olear. l. 5. c. 42.

Acacius, Ἀκάκιος, non malus.

Accidens pro nomine proprio §. 50.

Accipiter in juſtus.

Achab, frater patris.

Achaicus, Lucius Mummius dictus, v. Coriol.

Achaz, apprehendens, r. אחז. 2. Chron. 28.

Ἀχεὶμ, Achim, Matth. 1. 14. præparabo à כון, ſed juxta Græc. ab אָקִים i. erigam, quaſi erigens ſe divinis promiſsionibus.

Achemidæ Perſarum Reges, à primo ſic denominati. Corv.

Achates fidiſsimus Æneæ Trojani ſocius, ab ἄχος-cura, ſolicitudo, perpetuus Regum comes.

Acherſites §. 17.

Achitophel, frater inſulſitatis.

Achili, qui ſunt ſine labris, ex α priv. & χεῖλος. Contrarii Labeones.

Achillem, Pelei & Thetidis filium quidam fatali nomine dictum putant, à robore ſuo, ὡς ἄχος ἰάλλοντα, quod dolorem & cladem illaturus eſſet hoſtibus, vel certè ὡς ἄχος ἰλιέων, quòd peſtis eſſet futurus Ilienſibus &c. Trojanis, quorum urbem evertit, Euſt. Iliad. α. Apollod. l. 3. eum Ligyron

gyron prius vocatum, scribit, postea Achillem ὅτι ἄνευ χιλοῦ h.e. sine cibo, sive jure albo ex lacte & farina nutritus fuerit, Nat. Com. l.9. c.12. χιλὸς autem succus est, seu liquor ex cerealibus expressus, vel apud medicos, liquor albus lacti similis in ventriculo, ex cibo concocto proveniens. Cœl. l.24. c.6. A.L. Iterum Nat. Com. loco alleg. Achilles ab igni servatus Pyrisous (à πῦρ & σόος, salvus) primùm vocatus, at cùm labrum tamen exustum fuisset, quod cùm lingeret infans, Ambrosia non erat perunctum, dictus póst Achilles &c. al. ab ἄχος, vel ἄχνυμαι, rationem vid. Iliad. Hom. 18. Ita olim etiam vocati milites, fortissimíque duces, quorum de numero fuit L. Sicinius Dentatus, qui ob ingentem fortitudinem Achilles Romanus appellatus, quòd 120. prælijs cum hoste pugnâsset, nec ullam haberet cicatricem aversam. Vide Gell. l.2. c.11. Varro de LL. ad rad. obsidionalis. Erasm. in Adag. Corv. part. 2. Sic etiam dictus Q. Cotius, miles robustissimus. Achilles Germanicus Albertus Brandeb. Car. hist. l.5. & Æn. Sylv. in Eur.

Actæon, Ἀκταῖον, littorale.

Ἀκκίζειν, accissare, de iis, qui cum maximè cupiunt accipere quippiam, tamen fictè recusant. Ab Acco muliere, quæ quia stolida etiam fuit, ad speculum cum imagine sua, perinde atque cum muliere, fabulari solita, hinc verbum hoc de ijs quoque, qui ineptè quid faciunt, vulgò dicitur. Erasm. in Adag.

Adam, à terra rubra, non malè Schedio terrenus, aut pulverosus. Quid Cypriano vide §. 22.

Adamantinus, in Plato.

Mar-

Martyr certus,cuius nomen ignorabatur,Adamatus vocatus,quia ſuo martyrio numerum martyrum auxit.

Adelburga,Adeliche Burg/ ſic Jngelburga, Engelberb/Hatteburga,Gottesburg.

Adeldagus,edel dag : ſeu potiùs edler held/Danorum Apoſtolus

Adelgiſus,adeliche Witz,nobilis ſpiritus.

Adelvaldus, Gottesgwalt/ ſive edler Gwalt. Longob.R.

Adeodatus ſive Deodatus, Philippus II. Franc. Rex,quòd publicis votis Ludov. Patri ex 3. conjuge ætate ferè exacta impetratus. P.Æmil.lib.6. Sic Theodoſius idem,de quo nomine ejus parentes moniti.Vide Sex.Aur.Vict. Deodatus aliter Diodorus,Θεόδωρος, i. e. donum Dei,à Deo datus,i.q.Hebr.Jonathan, ſicut Joſua,pro Jehoſua יהושע Dominus ſalvator. Adeodatus etiam Heb. Matthaniah: 2.Reg.24.17. i. q. Matthias. Matthæus,donatus, qui & Levi dictus Marci 2.14.cujus parens Alphæus i. e. tribunus militum,qui præeſt 1000.militibus,quaſi millenarius.

Α'δμὴς in Damaris.

Admorſus,Sax.dux.Fridericus fortis, quia mater fugitura mariti furias,hunc filium oſculando admorſit.

Adoaldus,Gottes Huld.Longob.R.

Adoinus,Aettj/Göttlich.

Adonai §.29.

Adolarius, edelart.

Adolphus , Vatters-oder Gottes-Hülff.

Adonibeſek Jud.1.6. hoc eſt, Dominus,Rex Beſek i.e.fulguris. Joſeph.ant.l.5.c.2. ita Adoni

Zedek

Zedek Jos.10.1. Domini justitia, sive Dominus justitiæ.

Adrastus, non conficiens, infectus, item à quo fugæ locus non est.

Æacus, αἴακος, deflendus. r. αἰάζω, lamentor, ab αἶ, heu. Æacidæ hic §.16.

Ægistus, quia expositus à capra fuit Lactatus.

Α᾽ειθυλὴς in Elias.

Ællo, ἀελλώ, ἀπὸ τῆς ἀέλλης, à turbine sive procella, una ex tribus Harpyis

Ælurus, Timotheus Alexandr. Patriarcha dictus, quasi catus, cautus, astutus, vide hist. meam ad an. 475. §.7.

Æmiliorum genus, scribit Plutarchus, à dulci facundia leporéque dictum, αἱμυλία, lepiditas, unde etiam lepidorum cognomen assumpsere, Volat. De eadem familia Alex. ab Alex. l.1.c.9. Mamercum Pythagoreum auctorem suæ stirpis nuncupat, cui præter eximiam humanitatem, quódque animo esset æquissimo, cognomen Æmilij fuerit inditum, sicut à lepore lepidi & Cicuri, mansueti appellati. Æmilius sive Aimilius Scipio dictus, ab Æmilio sive Æmilia eius conjuge, genere ergo fuit Æmilius, sed adoptatus à Scipione, alius autem fuit Scipio Numantinus, Asiaticus &c. Caridon. l.2. Stad. in Flor. l.2.c15.§.4.

Æneas, αἰνέας, poetis αἰνείας, ut ἀνδρείας pro ἀνδρέας, ἀπὸ τοῦ αἶνος, à laude, quasi laudabilis, vide hic §.16.

Ænobarbi, quasi ahenobarbi, ab æris simillimo capillo, inter Romanas familias numerantur. Vid. Domitius, Germ. Rotbart. Ita quoque dictus Imperator Frid. 1. à flavo, sive rufo barbæ colore,

quem

quem Itali propterea Barbarossam dixere, teste Bergomensi, & Egnat. l. 3. Camerar. hor. subc. c. 1. c. 30.

Æreus dictus Dionysius poeta ac orator, quia consuluit Atheniensibus, ut æreis nummis uterentur. Vid. Athen. l. 15. c. 2.

Ab Ægypto Messeniorum Rege Ægyptidæ posteri omnes appellati, cùm antè Heraclidæ (ab Hercule) appellarentur. Pausanias in Messenijs.

Æsopus, αἴσωπος i. niger, αἴθιοψ. Vid. hic Lukm.

Ætius i. e. Aquilinus, ab ἀετός.

Afer pro Versipelli: hic §. 50.

Affrania, Afrania, ib. ab α & φρήν.

Africanus P. Scipio dictus, quia dux fatalis contra Hannibalem, Africam cum Carthagine superavit. Lucius verò eius frater ex devicto Antiocho & Asia subacta, Asiaticus vocatus. Fuit & alius Scipio, cognomento Æmilianus, prioris Aphricani nepos adoptivus, qui ob Aphricam bello domitam, Carthaginem & Numantiam excisas, tertio bello punico, minor Aphricanus & Numantinus adpellatus est. Stad in Flor. l. 2. cap. 15. Sleid. de IV. Imp. Africanus etiam C. Marcius dictus. Flor. l. 1. c. 11. §. 17. Ita Cæsares ex provinciis, quas vi & armis subegere, illustria cognomenta tulere, sæpe populi decreto, nonnunquam acclamatione senatûs. Itaque Severus Imper. & post eum Cæsares, ex Arabia, Adiabena, Parthia, Armenia, & Germania, aliisque bello domitis nationibus, quas suo ductu & auspicio conquisivere, Arabici, Adiabenici &c. adpellati.

Agabus, ἄγαβος, Act. 11. 28. aff. Chald. אגב juxta, ad latus. al. Commissarius, ὁ περὶ ἡμᾶς.

Agamemnon, i.nimium tolerans, natus ad laborem & perſeverantiam. Id nomen Gn. Pompejus meruit, quòd 1000. navibus piratico bello imperâſſet, ut ille 1000. Græcorum navibus ad Trojam. Xiphilin in Pompeio.

Agatha, bona.

Agathocles, bona gloria, formoſæ & magnæ ſtaturæ juvenis.

Agbarus, Edeſſ. Princeps ſive toparcha, à גבר validus, potens. de hoc Euſ. l. 1. c. 13.

Agdi, ἀγδὶ, עֲדִי viator, tranſitor, Luc. c. 3. 28. à עָדָה Syr. עֲדָא tranſire.

Agelaſtus M. Craſſus ſenior dictus, quòd nunquam in vita riſerit. Solin. c. 4. Cic. Tuſc. Quæſt. l. 3. de finib. 5.

Agellus, ius, hîc §. 17.

Agelmundus, Longob. Rex. eigenlicher Mund.

Agnes, caſta, ἁγνή.

Agnomen. §. 14.

Agricola, Baur/quaſi Bawer. Agriculturam amârunt Romani. §. 13.

Agrippa, ab ægro partu, ita Cœlius Agrippa ex ùtero matris egreſſus eſt in pedes. Vide Plin. l. 7. c. 8. & hîc §. 13.

Aharon, Ἀαρών, אַהֲרֹן, montanus, ab הַר vel הֲרַר Eucherio mons fortitudinis. Alcorano הָרוּן, ita eidem Core קָארוּן.

Aisbrand, Haußbrenn/ i. domûs tutor, Brann/ i. q. galea.

Ἀισχρίων, §. 17.

Aiſtalaphus, haſt-ſchwinder Lauff.

Alabanda, Cariæ civitas, condita à Care, à cuius filio nomen ſortita. Poſtquam enim in equeſtri

præ-

prælio strenuam navâsset operam, Alabandus est dictus. Cares enim suâ linguâ A la vocant equum: Banda victoriam. Eámque vocem ait Steph. com. de urbb. Romanis etiam in usu fuisse, ut bandam victoriam dicerent. Erasm.

Alaricus, all-gantz reich. Id nomen ominosũ §. 37.

Albertus ex Adelprecht / ob Italicam prolationem-Schud. in Rhet. c. 38.

Albus, Albinus, Albanus, Alben. Clodius Albinus, à candore sive albedine, quâ fuit admirabili, cùm nasceretur. Julius Capitol. Alboinus, Longob. dux, ab Albi, ubi habitârunt. Car. l. 4. Ita Albion, Saxon. dux, eandem ob causam. ibid. Alba, cuius rei notæ, in asinus albus.

Alchoder in Elias.

Alcides Hercules dictus, ab alcæo ave, potiùs ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, à robore & viribus.

Aldenburg in Habspurg.

Aldegundis, all-gantz günstig.

Alexis, Verg. Buc. ec. 2. non ex α & λέξις, sed ab ἀλέξειν, ut Dæmones sunt ἀλεξίκακοι, VVillich. in Verg. ἀλέξιος, defensor, propulsator. Alexa pro Alexandro, illud simplex, hoc compositum. Vide Egesip. l. 1, c. 42. coll. cum. 45.

Ἀλεξᾶς in Cleophas.

Ἀλεξανεμίας & Κωλυσανεμίας dictus Empedocles, quia ventos sistere poterat. Theat. Zuing. p. 64. ed. 1.

Alexinus, quia mirè fuit φιλόνεικος, contentiosus, dictus est ἐλέγξινος, argutator.

Alexander, Ἀλέξανδρος, virorum propulsator, aliis fortis auxiliator, ab ἀλέξω, juvo, vide in Severus, item in Cassandra. Persis Iskander. Olear. itin.

l.5.c.26.Mandeslo c.5.l.1.Est & Alexandri Epirotiæ nomen, Turcis Scanderbejus, vulgò Scanderberg/quasi Alexander M. ob animi corporísque robur atque proceritatem, ex Christianis natus, de hoc Car.l.5. Prior Alcorano dicitur רו אלכרנין διχέρατος, à gemino imperio. Hot.Anal.p.87.

Alhagib.in defensor.

Allantopoles in Physca.

Alliorum Rex dictus Hermannus Lotharingiæ dux, quem Imperatorem Saxones & Suevi elegere, eíque arcem ad Op. Isleven Saxones dedere, & quia allium ibi abundat, eum sic Imperatorij per contumeliam vocârunt. Is pόst deposito regis nomine Henrico IV. Imp. reconciliatus est. Cranz.l.5.Sax.c.10.

Allobrogicus Fabius Max. cognominatus. Flor. l.3.c.2. item & Domitius Fabius: Vid. Messalla.

Almanzor in defensor.

Almaricus, Helmreich.

Alopecius §.28.

Alphæus in Adeolati.

Ἀλφεσιβοίας olim formosas virgnies vocabant, eleganti epitheto, quòd propter pulchritudinem facilè amatores & procos invenirent, à quibus boves aliáque munera acciperent, nondum invento pecuniæ usu. Hinc Maestra in varias se transmutâsse formas perhibetur. Easdem virgines Homerus ἑλικώπιδας appellat, vel quia nigris oculis præditæ essent, vel quia ἑλίσσουσι ὦπας i. convertunt in se omnium oculos, Theatr. Zuing. vol.2.T.2.p.284. item ed.1.l.18.p.1190. Schedius de Dijs Germ.p.132.

Altellus Romulus dictus, quasi in terra altus à lupa,

lupa, quã tamen meretricem fuisse rectè dixeris.

Alypi, qui non satis expedito plectro linguæ utuntur, quasi aerem non ferientes, vel quasi verba non exprimentes. Budæ.

Adaduddaula Ægyptius Muhammedista, i. columna imperij sive nobilitatis. Hot. hist. N. T. c. 10 p. 101. al. 98.

Amalafrida, Himmelsfrid.

Amalasuitta, theodidacta, urania, Himmelsche Witz/seu Weyß/(alba) wie der Himmel.

Amaryllis Verg. in Bucer. aliis ab amore, aliis ἀπὸ τῆς ἀμαυγῆς, quod splendor, nitor. VVillich. vide hîc §. 17.

Amazones, Scythicæ mulieres bellicosæ, ex α & μαζὸς, mamma, qs. sive mamma, sive unimammiæ, quia ut promptiores essent, ad tendendum arcum, mamillam dexteram sibi exusserunt. Silio Italico Martiæ dictæ.

Ambrosius, divinus, immortalis.

Ambustus Fabius cognominatus, quòd olim adolescens fulmine tactus in naribus fuerit. Hinc etiam pullus Jovis, quasi dilectus Jovis, ac mutata postea litera Rullus & Eburnus a candore. Festus apud Volat. l. 16. c. 1. Antrop. Ambustus etiam Carolus, alio cognomine malus, filius Philippi Aurelij, Navarræ Regis dictus, quòd justo Dei judicio, igne per universum corpus serpente, consumtus sit. Mycræl. hist. l. 3. §. 3. not. 4.

Amelfreda, Soror Th. Gothici R. Himmlischer Frid/ita Amelberga, Himmlischer Berg/sic Amelosunta, Himmlische Gesundheit. Carion derivat ab Hamel/quod agnus.

Americanorum Regum nomina & tituli §. 25. &

39. aliorum, quæ & quando dent. §. 44.

Ameſtris vide Eſthera.

Amicus vide ſocius.

Amilcar. in Maſiniſſa. vide etiam §. 25.

Amon, ἀμών, אָמוֹן Matth. 1. 10. fidelis, verax. Rabbi Amnon, quòd fidem ſervavit Deo in confeſſione.

Amor mundi, in mirabilia mundi.

Amos, potens, fortis, aut populum debellans. Amos Syrach, fortis princeps, ſeu præliator, ex אמץ & שׂר. Aliàs Syrach ſibilus, aut canticum fratris, vel munus vacuum.

Amoræus, Michael Balbus Imp. Græcus, ab Amorio urbe, ubi natus. Car.

Amphidromia §. 47.

Amphion, ἀμφίον, indumentum, amictus.

Amphitryon, ἀμφιτρύων, utrinque vexans, enecans, defatigans. r. τρύω.

Amphora Bonoſus Imperator dictus, propter ebrietatem, ita Claud. Tib. Nero, Caldius Biberius Mero. Thdod. Gedarenus, præceptor quando in Tiberio, póſt Imperatore, animum ſanguinolentum præſenſit, eum πηλὸν αἵματι πεφυραμένον vocavit i. lutum ſanguine maceratum. Suet. in Tib. l. 3. c. 57.

Amplias, ἀμπλίας, ab amplus.

Amraphel אַמְרָפֶל Gen. 14. 1. Hier. dixit ut caderet. Carion. l. 2. dicens everſionem.

Amuddaim §. 21.

Amyntas, Ynticḥus §. 17.

Ἀναλέκται dicuntur Grammatici, qui quæcunque legerint, memóriâ firmiter retinent. Cœlius.

Ananias, חֲנַנְיָה Dominus commiſeratus fuit.

Ana-

Anastasius ἀναστάσιος, qui resurgit sive resurget sc. à mortuis, ad vitam æternam. Anaxo §. 17.

Anchises, rectiùs ansigisus, Brabant. dux. Ansi i. Hanse / qui cœteros mortales fortunâ & opibus antecedunt, hinc grosse Hansen, inde & Hanse-anseestett. Ehrenf. T. S. Mycr. l. 3. §. 12. q. 8. Anchisiades hîc §. 16.

Ancus, illud prænomen Varro à Sabinis translatum putat. Valerius Antias scribit, quòd cubitum vitiosum habuerit, qui Gr. ἀγκών, adeóque ab adunco brachio, quòd porrigere illud non posset, vid. Stad. in Flor. l. 1. c. 4.

Ancyloglossi, qui linguam habent astrictam membranulis quibusdam duriusculis & brevioribus. Est etiam accidentarium ulcus, quum sub lingua cicatricem duriorem obduxit. Budæus. Est autem vinculum nervosum, quod filium vulgariter nuncupatur.

Andechsiana Bavariæ familia, fortè andechtig.

Andinus vates dictus Vergilius, ab andes, is, vico Mantuæ vicino, patriâ poetæ.

Andræas, ἀνδρέας, poet. ἀνδρείας, non Hebr. sed Græcum nomen: Virilis, magnanimus, animosus, strenuus, fortis, bellicosus. (Jac.) Andræas, à parente Jac. Enders / & quia artem fabrilem exercuit, Schmidlinus etiam vocatus, quod nomen etiam filio datum.

Androgyni, utriusque sexûs homines, quasi vir mulier, aliter Hermaphroditi, quasi mixtum genus è Mercurio & Venere. Andria in Davus.

Andronicus, virorum victor. L. Victor, victoriosus, Gr. ἀνδρόνικος, r. νίκος, νίκη, victoria.

Angelicus doctor, in aquinas, item in Seraphic.

Angerrand, enger Rand/Bort.

Angilbertus, Engelwerth.

Animalium voces §.3. ab animalibus nomina imposita §.45. alibi.

Anna, Hanna, ἄννα, חַנָּה, gratiosa, 1. Sam. 1. 12. Luc. 1. 36. r. חָנַן gratiosus fuit, κεχαριτωμένη, ἠγαπημένη. Valet i. q. Johanna, quod tamen potiùs Deo grata, hinc masc. Johannes יוֹחָנָן gratiosus. Tobiæ 7. 2. Edna, ἔδνα, H. עֶדְנָה i. oblectatio, voluptas. Ἄννας חָנָן i. gratiosus, benignus. Malè quidam affligentem, quasi à עָנָה, reddunt, uti ex Syr. versione patet. Anna Augustino l. 17. C. D. c. 4. gratia ejus.

Annales familia C. Iulii, Tribuni plebis dicta, quòd is primus rogationem tulit, quot annos nati magistratum quemque peterent, caperéntque. Cæl. l. 24. c. 7.

Anonymi, qui §. 19. 37. 47. 48.

Antipho §. 49.

Anticyra meretrix, quòd offenderet, sive incideret in multos, quibus se prostituebat. Confer Cœl. l. 24. c. 6.

Anthonius i. e. floridus.

Anthoniorum familia, quæ Romæ imperitavit, Antonem Herculis prognatum, auctorem stirpis nuncupant, Alex. l. 1. c. 9.

A Pio Antonino, Antoninus Philosophus, Commodus, Caracalla, Getha, Heliog. & alii ex Cæss. hoc nomen sibi assumpsere, voluítque Severus Imp. ut Romani Imperatores hoc facerent. Alex. l. 1. c. 2. ob eius pietatem autem sic vocati, unde & pius dictus. Micr. l. 2. §. 3. q. 25. Antoninianæ penulæ in Diadumenus.

Appel.

Appelles, ἀπελλῆς, ab α & πέλος, πελλὸς, niger, fuscus, quasi minime niger, vel à L. appella, circumcisus, sine pelle.
Apennatus in infans.

Apianus, astronomus celebris, Beinewitz, melior Adam.

Apis dictus Sophocles, ob linguæ dulcedinem, à Cicerone divinus poeta.

Apitius ∫.

Apolaustus, gaudens, voluptuarius.

Apollinis oraculum, in commentator.

Apollodorus, Appollinis donum.

Apostolus Francorum Remigius dicitur. Ita alibi alii, ubi primi Ecclesiam plantârunt & docuerunt.

Appius ab Atto, eiusdem regionis prænomine, al. ex Sabinorum præn. Actio, ídque Romæ Claudiorum fuit, quorum princeps Actius Claudus, v. Liv. l. 2. Alex. l. 1. c. 9. ab Appii corona deducit, quam L. Appius in ludis meruit.

Α'πφία. Apphia Philem. 2. Syr. אַפְּיָה forte à פוח flare, vel נפח sufflavit, vel ab אָפָה, pinsere, coquere.

Apryes in Ophrea.

APyges, qui sine natibus i. q. ἀπύγλυτοι sive depyges & hypolispæ. Melampyges, qui nigris natibus. Callipygus, qui pulchris. Zuing. vol. 2. l. 2.

Aquiba, עקיבא, ἀνακελπικὸς, ἐξεπαςικὸς, Fuller.

Aquila, ἀκύλας, Adler. Pyrrhus Epirot. R. à gloria & animi elatione sic à suis adpellatus. Vide Plut. in Pyrrho. Vide etiam in Burri & in Iustus.

Aquinas in juventute à condiscipulis Bos mutus dictus, quibus præceptor regessit, hic bos mu-

giet aliquando, ut in orbe toto exaudiri queat. Idem ob subtilitatem Angelicus doctor vocatur. Marulus de Tacit. l.4.c.6.

Arabicus Severus, ex bellis Romam rediens vocatus, ut & Adiabenicus, Parthicus, Æl. Spart. vide Africanus.

Aragisus, Ehrenweyß.

Arbogastus, Erbgast / de eo ut & de Ariogasto vide in Gast.

Arbor Cabbalistica §.22.

Arca S. Literarum Antonius Vlissiponensis dictus, quòd omnes sui temporis literis antecelleret. Marineus l.5. rer. Hisp.

Archidamus, orator, de quo Thucyd. l.1. & 2. q. princeps populi, doricè à δῆμος, Imperator populi, alij etiam fuere cognomines.

Archippus, princeps sive magister equorum. Col.4.17. hodie Marschal.

In Ard/Art desinentia §. 35.

Aretas, ἀρέτας, ab ἀρετὴ, quasi φιλάρετος, tugendsam / quin potiùs Arabicum nomen dixeris, Arabum Phylarchis & Syriæ Regibus conveniens: Arab. אלחארת. Hott. Anal. p. 260. Sive tum Arab. tum Græcum esse possit.

Arges (serpentis nomine) vocatus Demosthenes, ob morum feritatem. Alex. l.2.c.11. ex Plut. vide §. 17.

Argyrognomon §.13.

Ἀργυρόπεζος in niveus.

Ariberthus, Aritpertus, Ehrenwerth.

Ariobarzanes, leonina eruptio, disruptio. Cappad. R.r. פרץ.

Ariobinda, unus ex Gothicis Theodosij ducibus, Ehrenbinden.

Ario-

Arioviſtus,R.Germ. Ehrenveſt. Polybio l. 2. Ameroeſtes i.q.Erneſtus, Ernſt,quod fortè contractum ex priori.

Ariſtarchus,ἀρίσαρχος quaſi optimus princeps, ab ἄριςος & ἀρχός. Hoc nomine fuit optimus Grammaticus,Homeri interpres: irreptitios verſus ex eius Rhapſodia ejecit, ſeu eos,qui minùs placebāt,unde hodiéq; cenſoris nomen obtinet.

In Ariſtide non tulit Attica civitas nomen ab æquitate & innocentia inditum:at in Callia crudelis & injuſti vocem ferre potuit &c. Sabell. lib. 6. c. 3.

Ariſtobulus,optimus conſiliarius,vide §. 17.

Atiſtocles,optimus honos,verum Platonis nomen.

Ariſtogiton §. Ariſtollus §. 17.

Ariſtoteles,ἄριςος τέλος,optimus finis.

Arius,Aſſyrius R. quaſi leoninus,ita ſucceſſor eius Aralius,leo Dei.

Armentarius Galerius dictus, quia armentorum paſtor fuit,ortus in Dacia ripenſi, ubi & ſepultus, quem locum etiam Romulianum, vocabulo Romulæ matris appellârat.S.Aur.Victor.

Arnoldus, Ehrenhold/ günſtig.

Artaxad,in Nagid.

Artaxerxes אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא Eſr.4.7. ſtrenuus & fervidus bellator, à רתח fervere, bullire, vide Greg.§.798.& hîc in Longimannus.

Aruba,Rex Moloſſorum i.q.Arabs,r. ערב.

Arvinæ apud Romanos à pinguedine dicti.

Aſa,tollens, ſuſtollens, ἀσά. H. אָסָא à Syr.אָסָא i.q.אסא ſanavit,Matth.1.7.8. non itaque à נשה.

Aſar Mahat,beatus percuſſor.Car.

Ἀσβε-

Α'σβολώμενοι, veluti fuliginati, Damonis peripoltæ posteri, quòd is fuligine litus faciem cum socij ;, Romanum, à quo turpiter amabatur, apud Chæroneam interfecerit. Cœl.Rhod.l.11.c.16. ex Plutarch.

Ascræus à Verg. vocatur Hesiodus, quia ex Ascra Boetiæ vico oriundus, de agricultura scripsit, quem imitatur Vergilius, ísque antiquior Homero, à quibusdam censetur.

Asdrubal in Masinissâ.

Asiaticus in Africanus.

Asinus. Ægyptij Regi Persarum Ocho, inprimis infesti, asinum eum dixerunt: asinum autem exosum ita habent, ut eundem in quibusdam sacris etiam præcipitent. At ille respondit : Asinus hic bovem vestrum (apim) devorabit, i. e. imolabit: ex Dione Plutarchus de Iside. Corn. asina, cùm fundum emisset, sponsórque pretii ab eo expeteretur, postera die asinam onustam sacculis pecuniâ plenis in forum adduxit pro sponsore, unde ei cognomentum. Macrob.l.1.Satur.c.6. hîc §.51. Commodus Imper. aulicum quendam ob virile membrum æquo maius , asinum vocitavit, eum postea in Herculis fano magno reditu ditavit. Asinus albus Junius Bassus vulgò dictus, quòd feliciter esset stupidus ac ridiculus. Alba enim veteres felicia vocârunt. De asino aureo i.e. de se, Apulejus librum scripsit, quia versus in asinum, dum magiam discere voluit, al. metamorphosis dicitur.

Ab aspasiâ, pellice periclis, aliæ pellices sic dictæ. Plutarch. in Pericle, aliàs ἀσπάζομαι, amplexor, in amplexum ruo.

Asper vocatus L. Trebonius Tribunus plebis,

G 5 cùm

cùm in ſuo tribunatu patres inſectari, et leges ſuo lubitu ferre videretur. Liv. l. 3. Dec. 1. Ita Cotæ dicti ab ira & oris torvitate, quòd acres forent & vehementes. Alex. l. 1. c. 9. Aſper Manlius Rom. ob ſeveram diſciplinam. Flor. l. 1. c. 14. Item Henricus IV. à moribus. Anno. in Cæſſ. vitas. Carioni l. 4. ab exquiſitis ſupplicijs in Siculos & Apulos Apoſtatas. Fulconi etiam id nominis fuit, ob ruſticitatem. P. Æmil.

Aſprandus, Aisbrandus, Eißbrand.

Aſar-haddon אֵסַר־חַדֹּן Eſr. 4. 2. ligans acumen, malè Aſſyrius acutus, quia non ſcribitur per ש.

Aſtyanax, urbis rex.

Α᾽σύγκριτος, incomparabilis, r. κρίνω, ſecerno, judico. Conv. L. cerno.

Atani Thingil, nomen Æthiop. Regis i. e. thus virginis. Boem. Aub.

Ataulfus §. 24.

Atellanus, Scenicus, qui ludos Atellanos argumento joculari edit, ab Atella, Campaniæ op. Poſſenreiſſer/ Jean potage.

Athanaſius immortalis.

Athenienſium nomina propria §. 47. Athenais Athenis oriunda. Athenio in Davus. Atticus Tit. Pomponius dictus, quia ob turbas Romanas ſeceſsit Athenâs, ubi longo tempore moratus civiliſsimè, & linguam ita probè didicit, ut Attici cognomen aſſequutus ſit. Corn. Nepos. ſeu ut Huber. in Epiſt. Cic. p. 123. b. habet, ex Catonis procœmio de ſeneƈt. quòd ab Athenis ſingularem ſapientiam reportârit.

Atherbal in Maſiniſſa.

Atheus in Deus.

Atræus

Atræus, culpabilis, perniciosus, inexorabilis, contumeliosus.

Atriensis hîc §.13.

Atta dictus T. Quintius, Togatarum scriptor, quòd ob crurum aut pedum vitia plantis insisteret, & terram magis attingeret, quàm ambularet. Hi enim Attæ vocantur Festo teste.

Avares cùm sedes sæpe murâssent, non tam à Rege, quàm ab inconstantia sumpsere nomen, & vetustissimi Scythiæ fuere populi, magna cum Vnnis cognatione conjuncti, & pro ijsdem habiti. Sed quum Vindelicos occupâssent Bavari, ut plerique sentiunt, à Boijs & avaribus appellati sunt, Bonfin. l. 9. Dec. 1.

Auceps Henricus Sax. dux. pòst Imp. renunciatus, quia ad imperij apicem vocatus in aucupio offensus. Cuspin.

Audacharius in Hadvv.

Audax, Philipp. Burgund. dux, quòd saltu periculoso mensam transilijt, ut Carolo V. Regi Gall. proximus sederet. Ægid. Corroz. de dictis & factis mem.

Johannes Aventinus, ab Abensperg (Haberberg) antiquo patriæ nomine, olim quidpe Aventinium dictum.

Augusti nomen unde §.24. ominosum §.37.

Augustulus Momylli filius, ob exiguam staturam. Forbes. Instr. l. 3. c. 1. §. 14. vide meam histor. ad ann. 475. §. 1.

Averroes Turcis Ibn. Raschidus. Hot. hist. N. T. cap. 12.

Avicenna, Ibn Sina. אבן סינא aliàs etiam Alschaych al. raijs i. e. doctor primarius, dicitur

quo-

quoque Abu-Hali ben Sina : non Cordubensis, ut nonnemo putat, sed Bocharensis, vel Bachorensis, urbe ad Euphratis flumen, non longè ab Ostio sita. Hot.l.all.c.11.& in Anal.p.294.

Aulidius §.16. Auli, qui Dijs alentibus nascuntur. Valer.

Aurea carmina Oppiani dicta, quòd Severus Cæsar singulis eius versibus singulos aureos numerari jussit. Camerar. Oper.subc.c.1.c.4.

Aureliani mater Sacerdos templi solis, in eo vico, in quo habitabant parentes, fuisse. Pollio. Alex.l.1.c.9. Aurelios ex Sabinis, quòd publicè his Romæ locus datus foret, ubi Soli sacra facerent, à Sole nuncupatos ferunt, próque Auselijs Aurelij dicti, sicut Valesij, Fusij, & Papysij quondam, nunc Valerij &c. At malim longè Aurelium primæ originis esse, ab אור, lux, quo nomine impr. Sol venit, inde Vrania &c.

Aureoli pons in Illyrico, ab Aureolo ibi devicto & cæso. Treb. Pollio.

Auriga juris, in Commentator.

Autharus Longob. R. alter Herr/alte Ehr. Malè Antharis.

Azavenus, Azabenus, Alex. Severus dictus, ab Azavenis devictis, Alex.l.2.c.11.

Baccalaureus §.40.

Bajazethes i. fulmineus.

Balaam in Bilh.

Balariphagi (βαλαριφάγοι) arcades juxta Pythiæ oraculum dicti, quoniam cibus victúsq; antiquissimus ex quercu glandes. Selden. Met. Angl.

Balbus, Gr. τραυλὸς, Traulus, blæsus, qui linguã habet impeditam, ut qui laborat lambdacismo &

lora-

lotacismo. Ita dictus Michael Imp. Orient. ob linguæ balbutiem. Volat. l. 23. anthr. item Egnat. Sic etiam cognominatus Ludovicus Franc. R. Caroli Calvi fil. Ritius l. 1. de Regg. Franc. vid. Thraulus.

Balcobaudes Marcell. l. 27. Credo Volck Vogt.

In bald desinentia §. 33. Gall. per aud efferunt, ut Gerbaud, Thibaud &c. quod omninò corruptum ex Germanico. Vide Bodin. Meth. hist.

Balduinus, bald win/gwinn/geschwinder gwinn.

Balearicus Q. Metellus. Flor. l. 3. c. 8. vide Cor.

Baleus Assyr. R. i. q. Dominus, ex בעל: hinc Belus, Bahal &c.

Ballachradas se argivorum liberi certo festo per ludum appellant, quòd eos, qui ex montibus ab Inacho primi in campum fuerint deducti, pyris quæ Achrades dicuntur, tolerâsse se autument. Hæc autem in Peloponneso prima Græcis fuisse conspecta, cùm regio illa etiam tum Apia vocaretur. Vnde Apij verso nomine dicti Achrades. Plut. in Quæst. Gr.

Balta dictus 1. Vestrogothor. R. Alaricus i. e. audax. Mycr. l. 2. §. 4. q. 12.

Balthasar, Beltschazar, בֵּלְטְשַׁאצַּר, Dan. 4. 5. aliis absconditè thesaurizans, sive in malleatore thesaurizans, vel occultè portans angustiam. Georgio à Belò ita denominatus, postquam Nabuchodonosori somnium explicâsset, Dan. 1. & 4. quod nulli sapientum facere poterant, itaque rex eum Dei sui nomine appellavit, illum ergo significat, qui mysteria Dei Bahalis custodit, v. 6. ex לט latebra r. לאט tegere, operire, & אצר. Vide Gramm. Chald. Buxt. p. 304. aliàs Daniel dictus דָּנִיאֵל judicia Dei, Herodoto l. 1. Labynitus. Car. lib. 2.

l.2.gladius tradens sive inclinans. Aliud est Balsa-
sar בלשאצר non portans angustiam, vel non the-
saurizans, aut scrutator thesauri, Dan. 5. filius Na-
buchodonosori.

Balweiß/i. Wolweiß, valdè prudens.

Bambalio M. Fundanus dictus ab hæsitantia linguæ & cordis stupore. Cœl. l. 13. c. 2.

Banda in Alabandus.

Baptismi dilatio §. 43.

Bär, ursinus.

Barachias, Βαραχίας, ex ברך & יה Matth. 23. 35. qui benedixit, sive gratias egit Domino.

Barbatus, Jodocus Marchio Brandeb. quòd barbam nutriret. Cusp. Barbetus puer certus sic dictus, quòd totus candidis pilis natus & tectus fuisset. Sperling. instit. Phys. l. 2. c. 9. ex Scal. exer. 114. §. 2.

Barbarossa vide Ænobarbus.

Barca in Masinissa.

Bar Cochab in Ben Cochab.

Βὰρ ἰωνᾶ, Hier. βὰρ ἰωαννᾶ, H. יוחנא pro יונא. Βαρ-ιησοῦς quidam pro Βαριησοῦ, Hier. בריעו in malo positus, vel בריהו filius Jehu: Syro בר שומא quasi filius nominis i. q. filius celebris, vel filius tumoris, à Chald. שומא quasi homo tumidus, superbus.

Βαρτίμαιος, υἱὸς Τιμαίου, filius Timæi.

Barnabas, filius consolationis.

Barrabas filius magistri, Eucher. filius patris, vel magistri eorum, absque dubio Judæorum magistri, qui est Diabolus. Græc. Βαραββᾶς, ex בר & אבא i. filius patris, Gerhardo filius Aba i. pater.

Barsabas, Βαρσαββᾶς, בַּרְשַׁבָּא filius quietis, ex

 שַׁבָּא

שְׁבָא quies, aliter filius conversionis, ex שׁוּב.
Bartholomæus, בַּרְתּוֹלְמַי filius suspendentis, haurientis aquas, ex מַיִם תֹּלֶה בַּר, aliis ex תֶּלֶם sulcus, quasi filius sulcorum sive areolarum, vel frumentum sulcorum meorum. Sed sanè Græcum nomen est, sicut Τιμαῖος, Timæus Marc. 10, 4.6. unde Bartimæus i. filius Timæi, hîc filius Tolmai, juxta Chaldaismum: integrum Ptolomæus, quod nomen suis Judæos imposuisse, S. Scriptura testatur.
Bassa Vizir, consilij princeps. Bodin.
Bassianus in Caracalla.
Basilius i. regius.
Battalus Demosthenes propter mollitiem ab Æschine vocatus fuit. Fuit autem Battalus Ephesius scriptor lascivorum carminum. Gyrald. 3. dial. hist. poet. Battologi hîc §. 50.
Bathyllus, Bathycles §. 17.
Bavari in avares.
Beatus, ob fidei sinceritatem, & spem vitæ æternæ sic dictus. Vsser. antiq. Brit. p. 745. Helv. Ap.
Beccus, Tolosanus, à beck, bec, ut d'un cocq, G. Bick/ Schnabel.
Beinewitz, Apianus.
Johan Belul, i. gemma pretiosissima. Camerar. oper. subc. cap. 1. c. 88. eum Bodinus in methodo Jochan Belul, & Megus vocat.
Bellicosus vide in Turbanus.
Belloves, Bellovesus, vil-bald-weiß.
Belochus, qui Arbacem contra Sardanapalum juvit i. q. Balak, בָּלָק, dissipator, effractor.
Beltschazar in Daniel.
Ben

Ben Cochab sive Bar Cochab, filius stellæ, ita seductor Judæorum se nominavit, pro Messia se venditans, post infelicem verò eius eventum vocatus Ben Cosba, seu Bencuzibha, i. filius mendacij, sive mendax, nothus, Bunt. itin. Car. l. 2. Cam. cent. 3. c. 11.

Benedictus, Benedictinus, gesegneter.

Benefactor §. 17.

Beneficus Epiphanius, Cyri episcopus dictus, quia facultates suas pauperibus distribuit. Vide Evergetes.

Benenatus Carolus VI. Valesius dictus, quòd in æde B. Pauli esset natus. Mycr.

Benizetra, loricarij filius, eines Panzermachers Sohn/ Christianus inter Turcas.

Bur/ in Verres.

Berengarius aliter VVerengarius, der sich gern wehret.

Bergæus §. 13.

Bernice, βερνίκη, Act. 2. 13. Beronice, βερονίκη, Veronica, Verena/ victoriam afferens.

Bernhardus, ursina indole, sive robore.

Berodach, creans contritionem: id nomen sanè eventui respondit, quia multis malis & cladibus Israelitas affecit.

In bertus exeuntia §. 34.

Bertha, uxor fratris Caroli M. quasi Werde/ Werthe. Bertharius, werth/ (der) eher/ ehrenwerth.

Bertholdus, Werthhold. Camer. oper. subc. c. 2. §. 91. Philippus Marenholdus, amans equorum, Pferdhold.

Bestijs nomen, quòd eorum plerique omnes fugitivi servi initiò fuerint, ac bruta gens, homi-

num colluvione circa Lucaniam confluente, Cœl.l.7.c.26.ex Diod.vid.Horat.& Perſ.

Biberius in Caldius.

Bibliander, Buchmann.

Biblius dictus Aſpaſius ſophiſta, quia de biblo i.e,papyro librum ſcripſit.

Bicongius Ciceronis filius nominatus, quia duos congios h. e. VI.menſuras noſtrates ebibit, vocatus etiam κυπελλόμαχος, Glaßſtürmer, quia copiam vitrorum helluans fregit. Sic torquatus tricongius vocatus,quòd IX.menſuras ingurgitavit.Plin.l.14.c.22.Diotimus Athenienſis infundibulum dictus, quòd per infundibulum infundi ſibi vinum voluit.

Bituit,Butvvyt, weiſſe Witz.

Clæſi dicuntur, qui ſyllabam ſyllabæ propriè jungere non poſſunt, Gr.thrauli, Blæſitas autem non ſolius linguæ vitium, ſed etiam eorum, qui oblæſum greſſum habent, unde & blæſi pro Valgis poſſunt accipi.

Blancus,aliàs Garſias Arias,martyr Hiſp. à cute alba,Martyrol.

Blaſtus,βλάστος,à βλαστὸς,germen.

Bocchoris Æg.R.à בכור primogenitus.

Bock/Trogus.

Boguslaus,Vandalis ſive potiùs Vinidis Bohuſlavva,i.q.Deo laus, ſic Bohucvvala, Deo gloria.

Bolco,bellicoſus,Sileſiæ princeps, malim ex Germ. Bolck.

In bold deſinentia §.33.

Bonus in Chreſtus.

Booz in fortitudine,aut in hirco,malim in quo eſt robur.

Boaner-

Boanerges, filii tonitru, sive tonantes, sicut Jupiter ὑψιβρεμέτης dictus.

Borrhaus in Cellarius.

In born finentia §. 17.

Bos, boo in Melibœus. Bos mutus in aquinas.

Βοσὸρ H. בזר quasi spargens. 2. Pet. 2. 15. At idem vocatur Num. 22. 5. βεώρ. H. בעור à בער ardere.

Bossus, Normannus, à corporis proceritate & crassitie. Car. l. 4.

Breckspaere, (Nic.) i. hastifragus, der die Speer bricht.

Brand, brandon in Hildebrand.

Brederode, nobilis in Belgio familia, quasi breite Ruthen, verge large. Vide delic. Holand. c. 23.

Brenno, Brenner/ incendiarius, idem etiam Brausus dictus, est autem Prüssen in Italica lingua i. q. brennen/ Gallic. brusler, comburere. Schud. in Rhet. Mylius in ling. Belg.

Bromius, epitheton Bacchi, à βρέμειν, furere, vociferari, ab effecto vini. Hinc per meton. furens & clamosus ex ebrietate.

Bronci vide in Malici, item in Seleucus, qui ore producto, & dentibus prominentibus.

Bruno, Brun/, à colore, sic Schvvirzelinus, à subnigricante colore.

Brutus (Junius) à quo bruti reliqui, inde quòd stultum se simulavit, ne ab avunculo occideretur. Stad. in Flor. l. 1. c. 9. §. 1. hîc §. 51. Seldenus in Metam. Angl. p. 9. Brutus Æneæ Trojani nepos, quasi Porotus, à βροτῦ, quòd patri & matri infeliciter in cervum sagitta collimata fuerit mortifer. Confer impr. eundem p. 173. Hunc Britanniæ & nomen & regnum dedisse dicunt. Brutus in Dan-

monijs excensionem facit A.mundi 2500. p.268.

Bubali cognomen Paphnutius eremita meruit, quòd perrarò cœteris in solitudine fratribus sui videndi copiam faceret. Cass. c. 1. coll. 3.

Bubulci, qui bobus optimè utebantur. Plin.

Buccones, qui tumidioribus sunt buccis v. §. 51.

Büchlein/ Fagius.

Bugana Raz. Æthiop. miles ac prorex provinciæ. Bœm. Aub. p. 489.

Burkhardus, hart wie ein Burg/ alibi Burgvvartus i. custos burgi.

Burri à faciei colore, uti & nigri, ruffi, aquilii, rutilij &c. Burri G. Pyrrhi. hîc §. 13. Burra hîc §. 10.

Busiris Æg. R. q. munitor, is opera maxima extruxit.

Buteones ap. Rom. dicti, quòd authori familiæ, cùm classi præfectus à portu solveret, Buteo avis felici omine insedit, quo augurio insignem de hoste victoriam tulit. Ea triorches dicitur, quòd treis haberet testes. Alex. l. 5. c. 9.

Buxinus in Nycteris.

Cabades Pers. R. qs. gloriosus, à כבוד. Car. l. 3.

De Cabbala Jud §. 22. Caballinus in Copron.

Cadmus i. orientalis & antiquus, à קדם oriens, Thebanorum conditor, ac literarum, quibus utuntur Græci, parens.

Cadovallus, Cadvvallus, Brit. R. Gottes Wahl/ guter Welsch / sive Walch /, hinc simplex nomen Cada, Cutha. Hi populi specialiter VValli dicuntur hodiéque.

Cæcilius presbyter Carthag. Cyprianum ad fidem convertit, unde eidem Cypriano Cæcilij prænomen. Hier. in Catal. item in Jonam, v. Clod.

Cæ-

Cæcos, claudios, Syllas, rufos cognomina Romani imponunt, probè assuefacientes cives, ne cæcitatem, vel aliud corporis vitium probrosum ducant, aut contumeliosum, sed aures his, ut propriis nominibus accommodent. Plut. in Coriol. vide in Pætus. Cæcus, qui utroque captus oculo, aliter defioculus, contrà Luscus, luscius, qui uno. Cæculus filius Vulcani dictus, ob parvitatem oculorum.

Cæsones, Kæsones, qui è mortuis matribus execti. Fest. Valer. Plin. l.7.c.9. hîc §.24. in Keyser. Non à Julio Cæsare hoc nomen primùm obtinuit, quia quo tempore subigebat Gallias, matrem ipsam amisit Aureliam. Ortum autem hoc nomen ab Africano Scipione, qui primus Cæsar, à cæso matris utero nuncupatus. Vide Solin. l. de Mira.

Cæsella hîc §.10.

Cajaphas, Καϊάφας, investigator, inquisitor, Syr. קַיָּפָא circuitor. r. קוּף circuire. Glossa ordin. Vomens ore, quia impudens fuit ad proferendum mendacium, & ad petendum homicidium, eidem investigator, sagax ad implendam doli sui nequitiam. Gerh. Harm part. 1. c. 5.

Cain, קַיִן. Eucherio i.q. possessio sive lamentatio, quorum prius reddit etiam Josephus Ant. l. 1. c. 3. alii Gen. 4. 3. exponunt Acquisivi virum Dominum (scil. Messiam.) Tigurini virum cum Domino h.e. à Domino. Ita Drusius in Gen. cap. 13. cum Domino h.e. Domino veluti duce præeunte, auxiliante & opitulante, pro quo Joh. 3. 21. ἐν Θεῷ. Acquisivi Messiam, Cabbalistæ apud Reuchlinum p.624. exponunt. Ædificavit urbem Cainan, quam à suo exilio Nod appellavit. Tab.

Geogr.N.743.Mycr.hist.l.1.§.1.q.13. VII. urbes ædificasse perhibetur Cainan, à nomine suo, Hanochiam à filio Enoch. Ita Cainan, Καϊνὰν, Gen. 5. 9. קינן vel à קנה acquisivit, vel à קנן nidificavit, vel à קין lamentatus est.

Cajus in Gajus, & hîc §.51. Cajus & Caja in solennibus nuptiarum usurpata, §.10. & Alex.l.5.c.4.

Calanus dictus à Macedd. Sphinas gymnosophistarum Brachmanum princeps, quod indica voce Cale (i. Salve) Alexandrum M. salutâsset. Plut.in Alex.

Calaphates dictus Michael Imper.orient. à sordibus parentis, qui naves apud Paphlagones pice oblinebat. Egnat.

Caleb, quasi cor, i. qui toto corde credit Deo, aliter canis sive canistrum.

Calogeri, Monachi Græci, Basilij discipuli, non quasi καλοὶ ἱεροὶ, sed kaligeri, i.e. boni senes, quia senilis ætas huic professioni aptissima. Camer.c. 1.c.81. ex Leoncl.

Calvus Carolus Gallus dictus, à calvitie, sive à casu capillorum. Ritius l.1. de Reg. Franc.

Caldius Biberius Mero, in infundibulum. Is in castris adhuc tyro, propter nimiam vini aviditatem sic vocatus. Sueton.

Calepinus, Calepium §. 26.

Caligula cognomen castrensi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Suet.in Calig. S. Aurel.victor. quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calceamenti militaris i. Caligulæ, sortitus est. Cuspin. ex Dione & Suet. id calceamentum simile fortè huic, quo nostro seculo Hungari utuntur & Turci. Caligas enim mili-

milites clavis suffigebant, ut hodie innumeris clavis calceamenta sua Hungari. Proinde Egesippus Centurionem quendam Hecatontarchum appellatum scribit, propter clavos, quibus creberrimis & acutis calceos suffixos habebat &c. Corv. ein kleiner/halber Knie-Stiffel. Cornelio à Lap. dictus sic à caliga militari, qua sæpe utebatur.

Callecus in Messalla.

Calligraphus, quia optimè pingebat literas quasvis, dictus Hierax, à quo Hieracitæ hæretici, vir cœtera doctissimus.

Callipygus in apygus.

Callimachus, pulchrè pugnans.

Callisthenes, magnum pulchrum robur.

Callyneos §. 17.

Calojohannes, bonus Iohannes.

Calotechnos §. 17. dictus callimachus, propter studium miræ artis, sicut alius ob nimiam diligentiam, qua ne sibi quidem satisfaciebat, Cacizotechnos appellatus. Alex. l. 2. c. 11.

Calvus, urnius, in Clodius.

Calvinus in Domitius.

Camoe(æ)næ, quæ & Musæ, à carminibus & canendo, quasi canenæ, aliis quasi cantu amœnæ, idque orthographia requirere videtur. Varro ex camœnæ cano deducit.

Caminus (carmen) in Homerus.

Camus à cæde sua nomen loco dedit in Scotia, ut obeliscum & proximum vicum camistene i. e. cami stein, indigenæ vocent. Præcipuus cami percussorum Keth nomine, à Malcolmo Rege, agro in Landonia donatus, Kethis familiæ, inter Scotos admodum insignis, auctor. Boet. l. 11.

Cananites malè dicitur Simon Apostolus, quasi à terra nomen habeat, rectè cannites, i. ζηλώτης à zelo r. קנא.

Cancius in Messala.

Candaces §. 24.

Canis vulgò Diogenes dictus. Sunt autem multa canum genera, venatorij, aucupatorij, custodes ovium & ædium, sunt qui habentur in delicijs. Ergo per contanti qualis ipsè canis esset, lepidè respondit: esuriens, melitæus, satur, molosseus, quòd cibi appetens blandiretur, saturatus morderet. Laert. l. 6. vide Cynici. Ab eodem Diogene Aristippus vocatus canis regius, eò quòd apud Dionysium tyrannum adularetur, seu potiùs, quòd summum bonum in corporis voluptate ponebat. Aristogiton canis ab Atheniensibus dictus, Suida teste, quia impudens fuit orator. Volat. lib. 13. c. 4. Sic etiam appellatus Franc. Dandalus Venetorum dux, quòd cùm apud Clem. Pont. pro Venetis legatus fuisset, neque alia ratione iratum Pontificis animum placare posset, propter ereptam Ferrariam, catenâ collo innexa quadrupes cœnantem Pont. accessisset, eóque consilio iram ipsius vicisset. Egnat. l. 3. c. 3. & l. 6. c. 2. & 4. abinde caninius, hündisch.

Cannacarius, Königlicher.

Canutus, nomen aliquot regum Danicorum, vulgò Knud / quod πάγιον ἄνδρα, bene compactum virum notat, Germ. Knode / vide Corv. part. 2. Canutus Corn. à Lap. ab exhauriendis poculis, quasi gar auß / alludunt kein nütz.

Capella, à capillorum hirsutie, vide §. 51.

Capillatus, item & crinitus dictus Clodius Fran-

Francorum Rex XXII. ob longam barbam & comam, quas nutriebat. Ritius l. 1. Ita reliqui reges capillati erant, quod cœteris subditis imitari haud licebat.

Capitolinus, Manlius, à capitolio defenso. Flor. l. 1. c. 26. §. 4. vide Manlius.

Capitones in frontones.

Capnio, Reuchlinus

Caput stupæ, Raymundus Bereng. II. comes Barcinonæ dictus, à flava densáque cæsarie.

Capys, prisca Tuscorum lingua falco.

Carabus in philoxenus.

Caracalla Anton. Bassianus dictus, ab habitu vestis, qua & ipse usus, & similem militibus & populo donavit. Car. l. 3. Xiphilinus huius nominis rationem explicans καρακάλλον habet, à κάρα & calx, ut sit Græco-Lat. Indumenta fuere ad talos usque demissa. Vide Besold. de Nat. pop. pag. 122. Æl. Spart. quòd vestimenta populo dedit, unde hodiéque Antoninianæ dicuntur caracallæ huiusmodi. Confer S. Aur. Vict. Bassianus ex avi materni nomine dictus. At cùm è Gallia vestem plurimam devexisset, talarésque caracallas fecisset, cogissétque plebem ad se salutandum indutam talibus introire, inde ita cognominatus, idem Egnat. Illud indumenti genus Alex. l. 5. cap. 18. ex Volat. l. 23. Penulæ in modum fuisse dicit, barbarum discissúmque, & consutum ex multis partibus, quo indutus semper caracalla. Vsserius antiq. Brit. p. 151. Caracalla Hier. ep. 128. ad Fabiolam & Eucher. instruct. l. 2. c. 10. Ephod, quorum tamen illud cuculatum, hoc non item fuit. Rectè amphibalum vocaveris.

Car.

Carbo, Kollen.

Carchedon, in Masinissa.

Cardaces Persæ juvenes vocant furtis viventes: Nam carda virile ac bellicosum significat, hos in agro pernoctare, rusticari, & fructibus sylvestribus vesci docent. Strabo l. 15. & Herod.

Caria insula in Alabandus.

Carmenta & carmentis , antea Nistocrata & Themis , mulier fatidica, à carmine sic dicta, aliis quasi carens mente.

Carolus Fl, Illyr. clavis parte 2. à קרא quasi invocator sive cultor Dei, vide eundem in Ottfrid. VVissenbach. Ridicule quasi carnis lux. Priscum est celticum vocabulum, Carl, Karl/Kerle/Kerlat/ compos. Ca(o)rolomannus, quod idem h.e. Andræas , homo probus, bonus , utilis & strenuus, Gold. rer. alam. T. 1. pag. 185. adeóque robusti & fortis viri nomen. Hinc Altham. in Tac. Gens in Suecia Dalekarli, h.e. vallis viri, quia armis potens, montes vallésque insidet. Sic in Gothia Coperdolia, i. cupri vallis. Ehrenf. pag. 19. Somner. in Gloss. voce Buthsecarlus. Carlus à Sax. Ceorl, mas, homo masculus, (unde i. q. vir fortis &c.) Belg. Kaerle, robustus, strenuus, eóque servitio aptus. Churle Angl. vir rusticus, in urbanus & agrestis. Idem in Ceortman, Corl nobilis, & ex diametro illi contrarius, homo rusticus, paganus, villanus, unde Sax. Corl, Ceorl, comes & villanus, interdum i. q. maritus, hinc ceorlian, nuptum dari. Anglis hodieque Churle & Churlisch, rusticus. Id. Somn. Huscarla, minister, sive famulus domesticus, vide Spelm. in voce. Carolini dicuntur posteri Caroli M. item monetæ genus.

Carol-

Carolstadius, aliàs Andr. Bodenstein, à patria, cui loco nomen à Carolo Calvo Imper. Is locus aliàs dictus Compeigne, à Lat. compendium. P. Æmil. l. 3.

Caromandus, German/Garman.

Carpus, icus, G. καρπὸς, καρπικὸς, fructus, fructifer, 2. Tim. 4. 12. Carpicus Valer. Cæsar, quòd promptus ad arma & bellicosior esset cœteris militibus, quòd carpum armis impigrè admoveret. Alex. l. 1. c. 11.

Carpophorus Fruchttrager/quod nomen etiam à professione inditum, uti in Belgio Apelwyffe/ nobis Merckweibe.

Carthago in Masinissa.

Carvilius, gar viel.

Cassandra dici opinantur, quia Casin i. fratrem Hectora strenuum habuerit & virilem. Eadem & Alexandra nuncupatur, παρὰ τὸ ἀλύξαι, quoniam congressus hominum vitavit præcipuè, vel ab ἀλέξειν, i. quia vaticinando prodesset pluribus. Cœl. l. 24. c. 6.

Cassi, catti, in Cato.

Castus, Alphonsus II. Legionis Hisp. R. quòd in ipso matrimonio cum legitima conjuge perpetuam virginitatem servavit. Fulgos. l. 4. c. 3.

Catamantaledus, Kalten Mantel.

Catenam dictum Paulum N. ob nexus doli varios Marcell. l. 15. ait.

Catharina i. pura.

Catholicus dictus Reccaredus Hisp. R. ab anno 586. quia catholicam religionem contra Arianos propagavit, vide §. 25. Ita Alphonsus, Petri Cantabriæ ducis maximus natu, cùm Arianum dogma

quod

quod à Recharedi R. morte rursus in Hispania pullulârat, eradicâsset, urbésque & opida complura, eiecto Maurorum præsidio, recepisset, catholicus est dictus, Ritius Neap. l. 2. regum Hispan. Cariom l. 5. Idem de Ferdinando Carion ib. Philippus Valesius Franc. R. idem nomen promeruit ob pietatem erga sacerdotes, Æmil. l. 8. vide Defensor fidei.

Cathualda, Gothonicus princeps, der Gothen Walt/Gewalt.

Cativulc, Gottvolck.

Cato i. q. catus, cautus. i. astutus, prudens, callidus. Vticensis, quia sibi vim ibi intulit. V. Corv. al.

Cavarinus, cavarus, & cavarillus, Cæs. Gæber s. Gewer.

Caudex hîc §. 51. In gente Claudia Appius Caudex cognomento fuit, quòd primus classem extra Italiam duxerat, & navali prælio pugnare Romanos docuerat. Dixere autem caudicem lignorum acervum compactum & conglutinatum, unde & codices. Ex Seneca Cœlius l. 24. cap. 6. & Alex. l. 16. c. 9.

Celebinus Solimannus dictus, i. impubes, ab aliquibus Calepinus & Alpin.

Celer Q. Metellus, quód patre mortuo munus gladiatorium populo dedisset, paucis diebus in apparatu positis. Plutarch. in Rom. & Alex. l. 1. c. 9. Equites Rom. cùm olim Celeres sub Romulo, & Flexumines appellarentur, postea Trossuli fuere dicti, eò quòd Trossulos op. in Thuscis circa Volusinios, sine ullo peditum adjumento cepissent. Sub Gracchis id nomen exosi, Judices sunt vocati, & ultimò Equites. Plin. l. 33. 1.

Ceno-

Cenomanni, kühne Männer, Car. Miserè Bodin. meth. hist. ex celtico Mann, Germanis, Scythis, Turcis & Tartaris usitatissimo ait ille, & ex Gr. καινὸς, novus.

Centenius penula, Centurio Rom. à centone & penula.

Cephrim, Rex Æg. i. Leo.

Cepheus, Rex Æg. (Herodoto Cheops) i. petra. De Cepha §. 29. malè inde Papistis κεφαλή, caput.

Ceraunus §. 51.

Censorius M. Cato, ob tristem severámq; censuram morum.

Cercopissare §. 50.

Cerdo, vilis homo, lucrum sectans, qui artes illib. exercet, à κέρδος, lucrum, vel est fraudulentus assentator, à Gr. κερδώ, vulpes, hinc cerdoniani hæretici.

Cerinus in Mycerinus. Cerno in Asyncritus.

Cethes in Protheus. Χαῖος in Gajus.

Chærea §. 49. Chærephon, hilaris vox.

Chaldæus pro mago §. 15.

Chaliphronus, Didymus Grammaticus dictus, item chalcenteros, χαλκέντερος, h. e. intestinis ferreis præditus, ob legendi scribendíque assiduitatem. Eum ampliùs 3000. librorum scripsisse ajunt, Suida teste. Ita etiam Origenes dictus, item συντακτύριος & adamantinus.

Chares Athen. dux, in pollicitando liberalis admodum. Inde proverbium αἱ χάρητος ὑποσχέσεις, quibus multi aureos se in Olympia staturos læti conjectabant, sed ita nunquam non aera se captâsse mox agnoscerent. Celsus.

Chari.

Charinus §. 17.

Charitoblepharus Demetrius Phalereus Philos. & λαμπετὼ appellatus. Laert. l. 5.

Chasda, Raf, Soranus Rector, à mansuetudine. חסד.

Cheops in cepheus.

Cherestratus i. captor, sive mancipator exercitus, r. χειρόω, mancipo, amator est Menandro & Persio. Hoc nomine significant poetæ sæpenumera eum, qui milites vincit, & exercitui imperat, à circumcisis undique voluptatibus, servire turpissimam servitutem. Murm. in Persium.

Cherubicus in Seraphicus.

Childrin aliter Gilderun, dictus Bajazetes Turcarum Imp. Celer instar fulminis. Murer. p. 18.

Chilones & labeones, à labiorum magnitudine, vide cilones & varus.

Chiron, chirurgia §.

Chloe, χλόη, 1. Cor. 1. 11. herba virens.

Chlorus Constantinus Imp. i. virens, viridis, à colore sive pallore. Pomp. Lætus. Egnat. Cuspin.

Choalemi §. 17. Choanus §. 51.

Choeritus §. 17. Chone in infundibulum & §. 17

Chremes à χρέμπτεσθαι, expuere, dimin. χρεμύλος, ulus, vide §. 49.

Chostek, Popielus, Polon R. propter perditos mores per contemptum à suis dictus. Lætus.

Chrestus Phocion Athen. ob frugalitatem, i. bonus. Alex. l. 2. c. 11. ex Plut. vide §. 17.

Chrestologus, pertinax Imp. quòd bene loqueretur, malè faceret. Relatum id & ab Sexto Aurelio.

Christina i. q. Christiana.

Chri-

Christianissimus, Gall.R.Carolus M. Anon.in vitis Cæss.Szeged.vide §.25.Julius II.PP.Ludovico XII.diris devoto hunc titulum eripuit , eúmque concilij Later. decreto in Henr. IIX. Angliæ Regem contulit. Guicc.l.11. Paschalis III. Antipapa Christiano Moguntino Archiepiscopo,defensori suo,scribere solebat : Paschalis Episcopus,servus servorum Dei, Christiano Christianissimo,sedis Apostolicæ Legato &c.Cranz.l.6.met.c. ult.

Chrobius i.acer,Germ.Grob.Boleslaus Polon. R.quia fortis & victoriosus valde.

Chrysæus in Geryon.

Chrysanthus,flos aureus.Chrysippus,aureus equus. Chrysippum Zeno contemptim vocabat Chesippum q.d.latrinam. Chrysippus,quòd statua eius in Ceramico posita vicina equestri occuleretur,tenuis enim corpore erat. Laert. in Chrys.& Cic.l.1.de N.D.

Chrysogonus , aureum genu.Volat.l.15.

Χρυσοφόρος, in Diadumenus.

Chrysostomus Johannes patriarcha Constantinop.ob doctrinæ magnitudinem atque singularem eloquentiam,i.os aureum.Fulg.l.8.c.16.vid. §.17.Moscovitis,Sloto usti. Ita etiam vocatus Dion historicus,ob insignem facundiam.Ob eandem Meletius Episc.Mel atticum nominatus.Eus. l.7.hist.c.31.vide Eloquens.

Chundingus in Hundingus.

Chu[illegible]us qui dictus Ladislaus III. Zeiller.itiner. Ger[illegible].601.

Chytræus,Kochhase.

Cicada Gr.τέττιγα Archilochus Porius Jambo-

graphus seipsum vocabat, quòd loquax & vocalis esset, nullique necessitati obnoxius. Lucian. Cic.

Ciceto v. §. 13. item Corv. Ciconia in Pelargus.

Cicurius in Æmilius. Cilix in Davus.

Cilones, quorum capita longa sunt & pressa, Chilones autem i. q. Lat. labeones, à labris improbioribus, à Græc. χείλη, unde & pisces improbiùs labrati chilones dicti.

Cincibilus, Zinß übel. Cinciñatus in Torquatus.

Cimber in Davus.

Circumcidant Turcæ quando §. 44.

Civium novorum officium §. 21.

Claceus in Flaccus. Claudus Henr. Imp. Car. l. 4.

Claudius dictus scurrarum joco, qui post omnes honores, cùm in agro suo senex degeret, atque uno pede claudicans ex vulnere, quod bello Persico acceperat, factus est Imperator. Treb. Pollio Alex. l. 1. c. 9. Ex Sabinis Claudij, authore Appio Clauso, qui cum multitudine clientum Romam commigravit. Suet. in Tib. Cæs. Claudia familia duplex 1. plebeja 2. patritia, orta ex regillis oppido Sabinorum, ex quo ortus Tiberius Cæsar, qui etiam cognomen Neronis assumpsit, quod significat linguâ Sabinâ fortem ac strenuum. Ab op. Appius Claudus Regillanus. De eod. Zuing. ex Alex. l. 1. c. 9. Clodij & Cluentij apud Rom. à Cloantho, & Memmij à Mnestheo, à Sergesto autem Sergij, sicut à Naute Nautij, & Geganij à Gia Trojanis ducibus, qui Æneæ comites post eversum Ilium, illuc applicuere: proprium autem Nautijs, ut Palladis sacerdotes fierent, quod princeps familiæ Palladium Romam attulisse ferebatur. Sic Manilios à Manilia Telegoni filia, quam

Tuscu-

Tuſculi genuit, & cæcilios à cæculo, Præneſtis conditore,& Lamios à Lamo, qui Formijs imperavit,& Calphurnios à Calpho,Numæ Regis filio, oriundos ferunt.Quatuor enim Numa filios genuit,qui omnes honeſtarum familiarum nomina dedere: Calphum, ex quo Calphurnios: Pomponem,unde Pomponios , à Pino autem Pinarios, & ex Mamerco Mamercos fluxiſſe putant. Fœm. Clodia,claudia,olim clodico pro claudico. Clauda inſula,Gr. κλαῦδη,Act.27.16.omnia à claudo, Gr. κλείω.Inſulæ tamen nomen à quibusdam vertitur vox fracta,tanquam ex κλάω,frango,& αὐδή,hodie Porto Gaboſo,ab H.גב,gibbus,dorſum. Vide in quadrans & in cæcus. Claudus dictus Henricus II.Imp.à corporis vitio. Sanctus autem à Monachis vocatus, quia cœlibem cum conjuge vitam egit.Mycr.l.2.§.5.q.7. Clara, klar.

Clariſsimus,clariſsimarum fœminarum nomine ſenatorum filiæ,quem tamen titulum perdidit,ſi ſenatori non nupta,vel clariſsimo. Hottom. de verbis juris. Idem ib. Dignitatum genera IV. poſtremorum Impp.ætas fecit , alii namque perfectiſsimi, clariſsimi alij, ſuperiores ſpectabiles, ſupremi illuſtres appellabantur.

Cleanthes,Phanij filius,κλεάνθης, ſummâ preſſus inopiâ,aquam noctu in hortis hauſit,ut interdiu ſtudiis liberalibus operam impenderet , inde ſic dictus,q.puteos exhauriens, ſecundùm Diog. Laert.l.7.κλεάνθης pro φρεάντλης.Eraſm.in Adag. vide Corv.part.2.

Clemens,κλήμης,barmhertzig/ Clemens quibusdam à κλέος,gloria, & μένος,mens,animus .Melius tamen ex Latiali fonte hauries.

Cleopha, Κλεόπας, Luc. 24. 18. alib. Κλῶπας, Syr. קעליופא, Cleiupha. Volunt quaſi κλέος & πᾶν, omnis gloria. At Scal. in Euſ. putat κλεοφᾶς pro κλεόφιλος & κλεοπᾶς pro κλεόπατρος, ſicut ἀλεξᾶς pro ἀλέξανδρος.

Clepſydra Metyches meretricula dicta, quòd ad clepſydram, quouſque ea exinanita eſſet, Veneri operam daret. De eius nomine Eubulus fabulam conſcripſit.

Clitomachus, vocatus certator. Dictus ὀψιμαθής, quòd ſerò ad ſtudia acceſsit, anno ſcil. 40.

Clitones, Clitunculi i.q. incli(y)ti, regum filij. Somner. gloſſ. in Adeling.

Clodius in Claudius. Vide Corv.

Clotho, κλωθῶ, una parcarum, à κλώθειν, circumvolvendo, quia fila ducit.

Cluentius in Claudius.

Clypeus in Cunctator. Camer. c. 1. c. 76.

Clytemneſtra, in quadrans.

Cnæus, Gnæus, ob inſigne nævi nomen. Alij Næum, alii Gnæum, alii Cnæum ſcribunt. Qui G. litera in hoc prænomine utuntur, antiquitatem ſequi videntur, quæ multum ea litera uſa eſt. Olim enim dicebant frugmultum pro frumentum, & gnatura pro natura. Igitur etiam cui in corporibus nævus gigni ſolitum, gnævus appellabatur, (alii tamen à γίνεσθαι derivant.) Qui C. ponunt, corruptione ſyllabæ delectari videntur, qui Næus, lenitatem velle judicantur. Valer. de nom. propr.

Cocles, qui altero lumine orbus naſcitur. Vide in Poetus. in Monoc. & Corv. in Horatius. Romanus quia allerum in beclo oculum amiſit, nomen Coclis ſortitus.

Cogcio

Cogcio, Gauch, hîc §.37.
Cognatio spiritualis §.42.
Colobius Licinius Valerius dictus, κολοβὸς, mancus, mutilus.
Colosseros, Proculus, ob egregiam corporis magnitudinem & speciem. Suet. in Calig.
Collatinus dictus L. Tarquinius, à Collatia op. quia ibi habitavit, quod sic vocatum, quòd ibi opes aliarum civitatum fuerint collatæ. Vide Livium Stad. in Flor. l. 1. c. 9. §. 2. Aug. de c. D. l. 1. c. 18.
Columbus (Indiarum inventor,) colonus rectè dicitur. Theatr. Zuingg. vol. 3. l. 3. p. 695.
Columellæ familia à columnis Herculis, oriundus quidpe Tartesso Hisp. urbe, juxta eas columnas. Gessn. Onom. in Tartessus. Apud Rom. à proceritate columellæ. Vide §. 51.
Comi(e)sinus, a comitate & eloquentia, dictus Andr. Dandalus Venetorum dux. Egn. lib. 8. cap. 16. r. comis.
Comestor (Petrus) quòd dicta Biblica ita memoriâ recitaret, quasi ea in ventrem memoriæ esu condidisset. Calvis. ad ann. 1171.
Commanus, Kühnmann/ alii scribunt Conomannus.
Commentator Bartholus de saxo ferrato dictus, quia totum jus civile illustravit. Eum Angelus lucernam juris appellat. Andræas Barbatia opiniones eius Apollinis oracula, & lumen ardentissimum juris. Baptista Sever. Nullum ei Numen adfuisse. Barth. Socinus optimum Aurigam in jure civili. Jason illuminatorem juris, & lucem cæcorum. Ant. de Prato, definiente lege opiniones eius pro lege haberi &c. Thomas Diplovatius in vita eius.

Compositus Nicol.3. ob morum honestatem. Volat.l.22.

Conditor urbis Tertius est appellatus C. Marius, Cimbris, Teutonis, & Ambronibus cæsis, réque publica in pristino statu retenta. Alter enim à Romulo est L. Furius Camillus, qui Senones Gallos ex capta urbe expulit. Sab.l.6. En.6. Liberatores aliàs dicti tales, item restitutores.

Congellus, Hibern. Monachus, Banchorensis fundator Monasterii, circa an. 530. i.q. faustum, seu pulchrum pignus. Vsser. antiq. Brit. 1126.

Congius §.51. Conradus, kühner Rath.

Conquæstor, Guilhelm. Norm. Dux, quòd Angliæ regnum ab Eduardo cognato sibi legatum conquisierit armísque subjecerit. Adi Somner. Gloss. in conquestio.

Constans, Constantinus, ius, beständig, firmus. Constantinorum nomen ominosum §.37.

Contractus Hermannus, comes de Veringen/ Sangall. Monachus, ob membrorum contractionem, obiit MLIV.

Contumeliosus, Episcopus Galliæ, quem Joh. II. Papa ann. 534. deposuit, nomine proprio ita dictus fuit: sic alius episcopus Injuriosus, Turonensis episcopus anno 540. atque hæc nomina homine Christiano indigna. Convitia §.37.

Copronymus q. stercoreus, dictus Constantinus V. Imp. Leonis III. filius, quia infans baptismi lavacro admotus, in magna Ecclesia, mediâ ceremoniâ aquam polluit alvi excremento. Alii, quòd dum sæpe ab amita lavaretur, proprium stercus manibus tractârit. German. Patriarcha præsagiit, per illum sacra omnia contaminanda, & magna

ijs imminere incommoda,qui pietatem colerent. Cuſpin.Car.l.3.& 8.Egn. Idem etiam dictus Caballinus,quia caballorum ſtercore plurimùm delectatus. Et Porphyrogenitus,quia bimulum pater Imperatorem creavit. Mycr.l.2.§.4.q.22.

Coquus,Cocus dictusPauſanias Cappadox,quia pingui lingua,Cappadocum more, pronunciabat, collidendo conſonantes, longa contrahendo,& brevia producendo,quòd ex multis ſumptuoſis cibis obſonium præparare videretur. Philoſtr.in Sophocl.

Cor leoninum Richardus Angl.R.dictus, à fortitudine.Camer.oper.ſubc.c.1.c.63.

Coraca,Κόρακα Vlyſſem vocat Lycophron,i. corvum,διὰ τὸ πολυχρόνιον,quòd ætate jam feſſus interiit.Vide Cœl.l.20.c.34.

Corculum P.Scipio Naſica,ob morum temperantiam.

Cordus,quòd ſerò & poſtremus natus. Alex.l. 1.c.6.Inde corda frumenta,quæ ſerò naſcuntur. Sic autumnale fœnum cordum dicitur.

Core,קֹרַח Num.16.24.glacies, gelu. Alius Core Ex.6.21.קוֹרֵא legens,præco, κήρυξ,κράζων.

Corinna §.17. Coriolanus §.51. Ita vocatus C. Marcius,ut & Africanus, & Numant. Vide Flor.l.1.c.11.§.17. à Coriolis Volſcor. op.capto. Sic Sergius Fidenatus,ex bello,quod ad Fidenas geſsit. Alex.l.2.c.11.

Cornelius, Κορνήλιος, familia Corneliorum Romæ clariſsima,à cornu,κέρας, H.קֶרֶן,G. Horn. Paſ.poſsit videri ex κερύλιος q.d. κέρας ἡλίου,radius ſolis,nam Hebræum radium etiam ſignificat, Græcum quoque cincinnos.

Cornicularij in Monocerus.

Coronellus, Stephanus.

Coronistæ, adolescentes Cumani, comam adhuc alentes. Hinc Aristodemus in tali adhuc ætate constitutus, quòd in bellis contra barbaros clarum se omnimodo præstitit, Malacos barbaris, h. e. ephebus vocatus, Plut. de virt. mul.

Coryphæus Jurisconsultorum dictus Julius Paulus Patavinus, propter eruditionem politicam.

Corvinus vocatus Valerius Trib. militum, cùm ad singulare certamen à Gallo provocatus descendisset, quòd pugnanti in galea corvus insedisset. Sabell. l. 3. eum 4. ex Gell. l. 9. c. 11. Vide Stad. in Flor. l. 1. c. 13. Vide & in Rabanus. Orosius l. 3. cap. 6. quia auxiliante corvo alite, confecit pugnam. Corn. à Lap. quòd Corvus ei in castris victoriæ omen dedit. Corvinorum in Hung. familia, unde Zeiller. itiner. Ger. p. 604.

Cossus Corn. Trib. militum, ab aspera facie. Cossi rugosi Festo, à similitudine vermium, qui in ligno nutriuntur. Vnde hodiéque Italis parvi in cute tumores sic nominantur. Volat. l. 14. c. 2. Alex. l. 1. c. 9.

Cotæ, Cottæ, ab iracundia & oris torvitate. Vide Asper.

Cothurni Niciæ Athen. duci nomen fuit vulgò. quòd omnibus se accommodare novisset.

Cotyto §. 17. Crassus §. 51. Ita Carolus Imp. dictus, à corporis pinguedine, filius Ludovici Germ. Regis. Cuspin. Egnat. Simile nomen habuit Sanctius 1. Hispan. R. Ritius l. 2.

Crassipes, piso gener Cic. à pedum crassitudine.

Crescens, κρήσκης, 2. Tim. 4. 10. à cresco, quod

quasi

quasi creasco, vel creo. Creticus Q. Metelli F. à bello cretico. Flor. l. 3. c. 7. & 8. vide Coriolan.

Crinitus in capillatus.

Crispus, κρίσπος, à crispis capillis, Krauszhaar.

Critobulus, damnatus, s. secretus consiliarius.

Crivustus, Boleslaus III. Polon. R. ob oris carbunculum dictus. Mycr.

Crucida Alexander Judæorum R. quia DCCC. cruci affixit.

Crusius, pulsator, à κρούω. Ctesylla §. 17. Ctesipho in Davus. Cuminisector M. ant. Pius Imp. quòd nimiùm curiosus & diligens, etiam in minimis rebus indagandis. Dion. Nic. Germ. kümmispalter oder kümmihobler.

Cunctator, Fabius Max, sicut contrà Marcellus clypeus populi Rom. quia huius ferocia non magis profuit patriæ, quàm illius prudentia & maturitas, utpote qui cunctando Rempublic. restituit, Hannibalémque vicit. Vide Flor. l. 2. c. 6. Sabell. l. 6. c. 3. Alex. l. 1. c. 19. Idem ex morum clementia, quòd nihil illo esset placidius Ovicula vocatus, & à verruca in labijs verrucosus.

Cunibertus, Kühnwerth.

Cunimundus, kühner Mund, os audax.

Cuno, kühn/ audax, aliter chuno/ hertzhafft. Sic chunzo, kühn zu/ vel est potiùs diminut. der unerschrocken angreifft. Chonodomarius apud Cæsar. Kühnmeyer. Congolitanus Stumpfio l. 3. c. 59. König Goldan/ oder Kühnwald.

Cunrad. kühner Rath, audax consiliū, dimin. Kuntz.

Curius i. q. Curio, à cura & diligentia, unde etiam curia, Curiones, qui pro singulis curiis (tribubus Rom.) sacrificarent. Al. ex curionum gente

tres præcipui oratores,lumen totius senatûs atque imperij,à curis,quibusmacilentiores erant.

Curopalates dictus Justinus minor,nepos Justiniani Aug.ex filia,cùm patrem haberet Illyricæ gentis,quòd à teneris annis non ut nepos,sed ut filius,in aula principis educaretur,ac in honore haberetur.Cuspini. Michael Imp. Curopalates i. curator palatij dictus.Mycr.l.6.§.4.q.23. Forb.l.3.c.1.§.7.cui palatij cura commissa.

Cursor,Papyrius dictus,à pedum pernicitate, quia victor omnium suæ ætatis æqualium fuit.

Cyclops,ab uno,quem habuit in fronte,oculo,quasi circularis oculus.Vid.in Cocles. Cyclops vocatus Antigonus Philippi,quia ἑτερόφθαλμος,i. monoculus.Cœl.l.21.c.38.

Cylones, qui sunt fronte prominentiore, & quasi extante,aliàs etiam frontones.

Cymon(priùs Gelasius dictus) Cyprius, quod bestiam ipsorum linguâ significat,bardus enim erat & brutus, postea verò ad sanam mentem rediijt Amasiæ ope. Hilar.Drudo.

Cynalopeca,i.e.canem-lupum philostratumAristophanes vocabat lasciviusculè se ornantem.

Cynicus Diogenes vocatus, quòd publice utendum esse uxoribus docuit, inde Cynicorum secta.

Cypsela Cetionis filio obvenit ob periculum, quod devitaverat in Cypsela i.mensura frumentaria.Herod.l.5.

Cyro,Persicæ monarchiæ auctori, à sole nomen inditum,quemPersica lingua significat.Plut. in Artax.item Ctesias in Pers.Alij àCyro flumine, quod tamen invertunt cœteri. Suidæ ab authori-

tate

rate. Adisis Scal. de emendation. tempor. Cyrus כורש Coresch, κῦρος, 2. Chron. 36. 22. quod nomen Scal. τροφὴν ἐδωδὴν, cibum, alimoniam exponit. Magnam tamen affinitatem esse inter חרס & כורש dicit Greg. §. 773. Tradunt quidam Cyrum, qui aliàs Spaco Medorum lingua i. e. canis dicebatur, honoris causâ sic appellatum fuisse, i. quasi Dominus, & כ & ירש. At non ipse, sed nutrix sic dicta, quòd Spaco Persarum linguâ canem significat, quia canis Cyrum abjectum priùs lactaverat, vide Justin. l. 1. Herod. in Clio. Cyrus fl. dictus, qui priùs Gozan, de quo, ut & de Cyropoli alibi.

Cyrippus §. 17.

Dabo, onis, §. 51.

Dacius, Traianus, à Dacis devictis. Suet.

Dædalus i. varius, artificiosus, à δαίδαλος, sic ingeniosus artifex Cretensis dictus, à δαίω, i. q. γινώσκω, q. δαίαλος, hinc logodædalus, argutus disputator, qui arte torquet syllogismos. Alia derivata Lexica exhibent.

Dagobertus, Degen i. Heldenwerth / malè Bodin. meth. p. 384. ex Degen & bardus, quasi cantor, poeta. Sic non feliciùs derivat & scribit Sigebard, Albard, Robard, Lambard &c.

Dalmaticus Q. Metelli frater. Flor. l. 3. c. 8. vide Coriolan. Damalio, vitulus tenellus, à G. δάμαλις.

Damaris, δάμαρις, à δάμαρ, ατος, uxor, à δαμάζω, domo, sic dicta, quòd sit domita à suo Domino.)(ἀδάμαστος, virgo intacta. Igitur δάμαρις, quasi uxorcula.

Danae, δανάη, laurus.

Daphnis, Bucolici carminis auctor, eò quòd infans sub lauro expositus esset. Ælian. l. 10.

Da

Darius, Δάρειος, דָּרְיָוֶשׁ. Esr. 4. 1. inquirens r. דרשׁ.

David quibusdam desiderabilis, fortis manu. Pas. dilectus, Δαβίδ, דָּוִיד, r. דוד, i.q. Erasmus, à Gr. ἐράω. Dicitur etiam יְדִידְיָה amicus Dei.

Davus, Geta, Syrus (sub quo nomine etiam Judæus venit) servorum nomina in comœdijs Rom. à populis Davis, Getis, Syris, quibus mancipiorum loco utebantur, vel coutemptus causâ sic vocati, ut nos hodie ein Sklav. Contrà Publius, Lucius, Caius, aliáque id genus, prænomina sunt, quæ servis indere non licebat, antequam manumitterentur, & cives fierent. Ita ascensius in Ter. Sciendum, inquit, propria nomina ingenuis præcipuè convenire, servilibus autem & inhonestis dantur nomina patriarum, aut officij; gaudent tamen proprio nomine appellari, unde Davus dicitur à Dacia, Phrygus à Phrygia, Mysus à Mysia, Lesbia à Lesbo, Andria ab Andro. Propria tamen nomina interdum pro officiis funguntur, ut Pamphilus i. totus amans sive totus iu amore. Glycerium i. dulcis amor: Chrysis, aurea, propter pulchritudinem &c. Sic servile nomen Ctesipho ab op. Ctesiphonte. Rabinus aptum heri nomen, ex H. רַב, uti contrà Syrus, servus, apud Ter. Hinc Cicero Judæorum & Syrorum gentem natam servituti adserit. Ita eandem ob rationem Phrygia Terentio ancilla. Itaque servi à provinciis plerunque nomina accipiunt, ut à Cilicia Cilix &c. Eadem nomina retinent facti liberti. Sic Ciceroni Seleucus, Cimber. Flor. l. 3. c. 19. Syrum quendam servum ita vocare videtur à Syriæ Dea, vel è Syria simul oriundum. Ita ib. Athenio pastor, for-

tè

tè ab Athenis. A Syrorum moribus est Syrissare. Syri apud Romanos notißimi erant bajuli, sicut hodie apud Lugdunos Sabaudi, apud Venetos Istri & Bergomates, apud Parisinos Britones & Lemovices

Decius aliis à decore, aliis à decem, ut Quintus, Quinctius à quinque, ita Sextus scil. loco natus, teste Varrone, vide Corv.

Defensorem fidei Leo P. vocavit Henricum IIX. Angliæ R. quòd anno 1523. Reformatorum libros combussit, libellóque edito eos confutavit. Polyd. l. 27. Almanzor, Almansor i. defensio, se cognominari voluit Rex Arabum Alhagib, (supercilium, quo oculi defenduntur) eò quòd multis victoriis se & suos contra Hispanum strenuè defendit. Roder. Tolet. l. 5. rer. Hisp. c. 13. Hott. Alhagib, viæ rex, Almansor defensor.

Defioculus i. cæcus.

Δειλνόξενοι, Spartani dicti, quia peregrinos & advenas non admiserunt. Zuing. in Theat. Alex. l. 4. c. 10. sic dictos docet, quia Lycurgus nec aliò suos peregrinatum abire, nec exteros sine utili causa secum commorari permisit.

Deliciæ humani generis Tit. Vespasianus dictus, ob popularitatem, mansuetudinem & humanitatem. Fulgos. Delphinus in infans.

Demaratus, votis petitus à Deo, scil. per Spartanos, cuius pater Ariston R. Herod. lib. VI. vide Adeodati.

Demas, Δημᾶς, Col. 4. 14. à δῆμος, populus q. popularis, vel à Syr. דְּמָא pro דָּם sanguis, pl. דָּמִין inter alia significat pecunias.

Demea, persona senilis, rustica, dura & morosa, ap. Ter.

ap. Ter. à δῆμος, q. popularis, non admodum excultus.

Demetrius, Δημήτριος, cerealis, ad cererem & frumenta pertinens. Actor. 19. 24. Δημήτηρ, q. γῆ μήτηρ, terra mater, frugum Dea.

Deminutiva nomina Germ. §. 27. Græca §. 17.

Demophon, vox populi.

Demosthenes, populi robur, potens, potentia, firmamentum populi.

Denodatus dictus Jacobus Martys, Persa genere, à præfectis in martyrio membrorum nodis. Marulus l. 2. c. 12.

Dentatos dictos putant, quòd solido osse vice dentium armarentur. Alex. l. 1. c. 9. At alii plerique, auctorem gentis dente natum prodisse, sicut de M. Curio & M. Carbone traditur. Solin. c. 4. Plin. l. 7. c. 16. Flor. l. 1. c. 15.

Deodatus in Adeodatus. Depyges iu Apyges.

Deus philosophorum, Aristoteles ob artem dictus. Θεὸς, Theodorus Philos. quòd de Diis librum edidisset, mox verò ob contemptum ἄθεος. Deus Romanorum vocatus Theotimus, episcopus Tomitanus, ab Hunis ad Istrum habitantibus, propter miracula. Niceph. l. 12. c. 45. Deus dictus VI. Ægyp. Legislator, Darius, Xerxis pater. Diod. l. 1. c. 8. Ita se Antiochus Rex per arrogantiam vocavit. Vide §. 17. Ita vocati Imperatores mortui §. 23. vide divus. Dij privatarum familiarum, & Dij publici §. 21.

Deus dedit i. q. Theodorus, primitus Fritonas dictus, immutatum autem ita nomen, quia primus fuit de gente Anglorum Cantuar. Archiepiscopus VVheloc. in Bedæ hist. l. 4. c. 1. Deuterotæ §. 20.

Dexte-

Dextera manus imperij, Albertus Saxo, ob facinora & merita. Car.l.5.

Diaboli cognomen ob vitæ turpitudinem meruit Robertus, Auberti ducis ex Ida Burg. ducis ſorore filius. Sed tandem reſipuit,& ſanctitatis opinionem obtinuit,ſub Pipino R. Gaguin.l.3.

Diadematum,h.e. vittatum Romani quendam ex Metellis,quòd diu in publico verſaretur,fronte,in qua ulcus erat,obligata. Plut.in Coriol. Diadematus alius,à diadematis uſu,quòd a vittato diſcrepat non multum. Cœl.l.24.c.6. In ſpecie plures ita dicti,in genere,formâ,ſeu pulchritudine quivis adoleſcens , in Elide autem formæ certamen haberi ſolitum &c. Volat.l.15. Alex.l.5.c.8. ex Athen.l.13.7. Ita καλλιςεῖα certamen erat Lesbi,de formæ muliebris præſtantia,aliud certamen in cereris Eleuſiniæ feſto,ubi mulieres certantes χρυσοφόροι appellantur. Cœl.l.13.c.9. ex Athen. l.13.c.33. Diadumenus Macrini Imp. filius,quòd diadema Triviæ,cùm naſceretur,in capite haberet. Cuſpin. de hoc Ælian. Lampr. Antoninus puer, non pileum, ſed diadema tenue habuit, ſed ita forte,ut rumpi non potuerit,venis intercedentibus,ſpecie nervi ſagitarij. Ferunt inde diadematum puerum appellatum,ſed ubi adoleverit,avi ſui materni nomine Diadumenum vocatum. Equidem à diademate nomen ortum ſtatuerim. Idem ib. de eod. Paraverat penulas populo coloris roſei dare Macrinus Imp. in honorem Antonini filii ſui,quæ vocarentur Antoninianæ,uti Caracallæ Baſsiani,aſſerens filium ſuum penuleum, vel penularium dicendum,quia Caracallus eſſet dictus Baſsianus. Congiarium etiam Antoninianum promiſit.

Dico-

Dicoros, δίκορος. Flor. Valer. Anast. à discoloribus oculorum papillis, quarum dextera nigrens, sinistra cærulea fuit. Egnat. vide in Zonaras.

Dido דידון dilectula, à דיד vide Masinissa.

Didymus, gemellus §. 51.

Dieboldus, Gotteshuld/al. Dietvvald.

Dies atri, infausti &c. §. 37.

Dietericus, Gottes Reich/reich von Gott.

Diocletianus, Dalmas, ante imperium Diocles dictus, à matre & op. Dioclea, à Διὸς & κλέος, Jovis gloria. S. Aur. Vict. Sigon. l. 1. Imp. occidit.

Diodorus in Adeodati.

Diogenes, Jove genitus. Diog. Laert. §. 10.

Dionysius: Vide Liber. Pater. Vid. Corv. p. 162.

Diotrephes dici solebant, qui generis nobilitate inflati, διοτρεφεῖς, à Jove nutriti, Jovis alumni. Ita Homerus magistratum vocat, unde patet, quo in pretio ipsæ gentes hunc ordinem habuerint. Vide Rupert. dissert. ad Valer. Max. l. 1. c. 1. à p. 5.

Diphilus, δὶς & φίλος, κωμικώτατος καὶ γνωμικώτατος à Clemente dictus.

Δίφραγες, duces militum apud Parthos, nisi malis interpretari currus, quibus duces vehebantur, nam δίφραξ sella lecticaria. Bibl. Lat. Tigur. ad 2. Macch. 14. r. δίφρος, locus in curru, in quo parabates & auriga sedebant, à duobus illis, quos ferret dictus est currus quasi δίφορος. De eadem re Erasm. in Apophth. Isocrates Ephorum Cumanum, qui scholam ipsius reliquerat nullo profectu, atque ob id, à patre Demophilo denuo missus fuerat, ut ab integro data mercede discipulum ageret, Diphron appellabat. Inde autem jocum à curru captavit, quòd bis attulerit mercedem. q. à δὶς & φέρειν.

Διφυὴς

Διφυὴς cecrops dictus, vel quòd ex Ægypto profectus Athenarum regnum possedisset, vel quòd humano & serpentino corpore fuisset, aut supernè vir, infernè mulier, vel quòd Ægyptiæ Græcæque linguæ notitiam habuerit.

Dithbertus, Gotteswerth. vide §. 34.

Dives, Otto dux Sax. dictus, ob metalla Frib. inventa. Mycr.

Divinus vide in Sophocles, in Plato, in Sanctus. Divinitas an Impp. conveniat §. 40. Imperatores quasi divini, sive cœlestes dicti, quasi Deo sive à Diis prognati, aliis inde, quód olim gentiles Dijs, nunc verò Christo dediti, quo sensu etiam Romanum Imperium dicitur sanctum, Ger. Heilig. Besold. thes. pr. p. 390. vide Deus.

Doctus peculiariter dictus Catullus, epigrammatum scriptor purissimus, quem Ovidius Vergilianæ maiestati opponit. Crinit. l. 2. de part. Latin. Annon autem pudor, quòd trivialis quivis etiam doctissimi nomen hodie audit & amat? Locum hîc habet: Doctor à docendo, ut mons à movendo. Doctoris titulus §. 39.

Doccuinus Cungarus in Anglia dictus, quòd eos viam Domini doceret. Vsser. ant. Brit. p. 473.

Domitius, ianus, Dämmer/domator, r. Gr. δαμάω, ἅζω, dämmen. Ex domitia Roman. gente duæ familiæ claruere: Calvinorum (proculdubio à calvitio) & Ænobarborum, quod à L. Domitio, cui ruri juvenis ignotus malas permulsit, ut è nigro rutilum, ærique assimilem capillum redderet. Suet. vide Corv.

Dominus simpliciter à suis Papa circa an. 1115. dictus, posterorum blandimentis sanctissimi Do-

K mi-

mini nostri, nondum inventis. Cranz. l. 5. Sax. cap. 37. Confer tit. Infans.

Dorcas, δορκάς, Act. 9. 36. redditur Ταβιθά. Prius à δόρξ, caprea sylvestris, quia in sylvis propriè degit, dama, r. δέρκω, video, quòd illa animantia sint ὀξυδερκῆ, i. acuto visu prædita, Reuchl. de verbo Mir. l. 2. c. 11. Posterius ex צְבִי Deut. 14. 5. caprea, capreolus, Chald. טַבְיָא Tabi, unde fœm. טַבְיְתָא Tabietha, Tabitha טָבִיתָא pro טַבְיְתָא caprea.

Dorias, Dorus §. 49.

Dorothea, donum Dei, sive donata à Deo. Vide Matthæus, i. q. Dositheus, Gottesgaab.

Doso, Δώσων §. 17. & 51. dictus Antigonus Maced. R. quòd multa promitteret, præstaret pauca, δώσω fut. dabo. Cels. l. 24. c. 6. ubi malè pro Antigono Antiochus.

Draconis leges antiquissimæ erant, potiùs à loco judicij, cuius signum terribile erat Draco, quàm ab authore, ita dictas censet Carion. hist. l. 2. vide Corv. Constantinus ultimus Gr. Imp. ita ob militarem virtutem appellatus. Cuspin.

Drusus, hostium duce Druso interfecto, nomen accepit. Suet. in Tib. Cæs. Equo in pugna propè Rhenum excussus, fractóque crure Moguntiacum delatus, paulò póst, auctis subinde doloribus expiravit, hinc daß dich die Druse ankomme, Malim à pestis imprecatione. Drusius doctus Theologus & Philologus, priùs Drieschius, à Drieschiorum familia, in eius vita.

Dryander, Gal. du chesne. Hisp. Enzinos. Ger. Eichmann. Martyrol.

Dumnorius, Dummohr. Dumnorix Mylio in ling.

Ang.Belg.Duneryk, i.e. dives multorum collium pag.95. Eber in Verres.

Eburnus in Ambustus. Echhardus, Eichhart.

Ectapeli, quibus aliquid accidit præter communem naturæ modum. Text. utpote cùm nimis brevi tempore aliquis excrescit. Eetio §.17.

Eginhardus, Einhardus, credo quasi ein Rath/ vel eigner Rath. Eichmann/ in Dryander.

Eiconomachus, Leo Isauricus. Car.l.4.v.Iconon.

Electra dicta Laodice Agamemnonis filia, eò quòd sine lecto & matrimonio defuncto patre, ad senectutem pervenit. Ælian. de varia. hist. quasi ἄλεκτρος, nullius viri consortio usa virgo.

Eleemosynarius Johannes Episc. Alexandr. ob eximiam in Christianos libertatem. Sigeb. in Chron.

Elias, ἠλίας, אֵלִיָּהוּ ex אֵלִי & יָהּ. Hier. (servus) Dei Domini, aliter fortitudo Domini, aliter Deus meus Jehovah, aliter Deus Dominus, aliter Helias. Ob vitam longævam vocatur Alchoder i. ἀειθαλής. Hist. Or. Hott.

Ἑλικώπιδες in ἀλφεσίβοιοι.

Elisabeth, Ἐλισάβετ, אֱלִישֶׁבַע, quies sive saturitas Dei, aliter Deus juravit.

Eloquens vide Chrysost.

Embasicæta, Petronio inditum, qui perambulat omnia cubilia, à βῆναι.

Empedocles quasi firma gloria. Enato §.49.

Engerrandus, Engerand-Bort.

Enoch, Enochus, usitatius Henoch, חֲנוֹךְ Chanoch, Gen.4.16.17. dedicatus, initiatus (Deo) Jos. l.1.c.3. aliis disciplinatus, morigeratus: Caini filius, de cuius nomine ipse urbem ædificavit Eno-

ſam עיר חנוך Tab.Geogr.N.507. Hanoch,Enoch, Enochia,Enoſa,omnium mundi urbium antiquiſſima,de cuius ſitu Mycr.hiſt.l.1.§.1.q.13. Exinde Henochiorum gens. Aliud Enos,Hebr.אנוש,homo vel vir-ſive oblitus aut deſperatus,filius Seth. Enochum Targum Jonathanis in Gen.5.24. vocat סָפְרָא רַבָּא i. ſcribam magnum , quòd amanuenſis tritavi ſui Adami fuerit , commentariis de creatione. Reineſ. de ling. Phœnicea c.15.§.10. Epaphus,contrectans,attingensAlio ſupernomine Adris dictus,Idris, Idrid.

Ε'παφρᾶς Col.1.7.ſuper quos ſpuma eſt.

Ε'παφρόδιτος i.venuſtus. Α'φροδίτη,Venus, ab ἀφρὸς,ſpuma,quòd ſeminis natura. Α'φρώδης,ſpumoſa. Ephialtes, ἐφιάλτης, immiſſor.

Ephorus,inſpector,ab ἐφορᾶν.

Epictetus,ἐπικτήτος,adſcititius, adventitius.

Epicurus,ἐπίκȣρος,auxiliator, adjutor,qui auxilium fert bello oppugnatis,vel qui facit,quod juvenem decet,à κȣ̃ρος,pro κόρος.

Epidamnum §.51.

Epigryphi,qui habent naſum aduncum.

Epimenides, perdurans, perſeverans, quia annos 57.dormivit in ſpelunca. Adi Corvin.

Epiphanius illuſtris. Epitheton κατ' ἐξοχὴν poſitum §. Epithetorum abuſus §.38.

Eporedorex,aliter Poredorix , Pferdreich, vel convenit cum Eporedia,Salaſſorum op. quod ab equorum domitoribus ſic dictum. Plin.l.3.c.17. Germ.riden/reiten.

Equites Romani qui, in Celeres,eorum titulus §.38. Eraſmus i. q. Deſiderius, ab ἐρῶ.

Eraſtus,ἔραςος quaſi amabilis.

Erato-

Eratosthenes,amabile robur.

Ericus, Erichus, Germanicum nomen i. q. L. Martialis. Germanis olim Eric, sive Erich, Mars. Conv.Gr.ἔρις sive ἄρης,inde hodiéque quibusdam Erichtag/i.Martis dies. Cluv.l.1.ant.G.c.28.

Erichthonius, ab ἔρις & χθὼν, terra, Athen.R. cuius parentes Vulcanus & Minerva. Vulcanum autem in contentione semen in terram effudisse, unde filio nomen.Aug.l.18.de Civ.D.c.12.Aliter Erichthonius artis aurigandi,&c. inventor,ab ἔρις & χθὼν, quasi de terra & lite procreatus, ex lucta Vulcani & Palladis.Vide Nat.Com.

Eriphylos,valdè peregrinus,à φυλή.

Ernestus vide Ariovistus.

Esaias יְשַׁעְיָהוּ Sz. merces Domini. Euch. salus Domini.Pas.Dominus salutis,vel salus àDomino.

Eschibach familia §.49. Esra, auxiliator.

Esther אֶסְתֵּר occulta, abscondita sive demoliens,aut ex Syro & Hebr. medicinæ exploratio sive contemplatio,aut medicina turturis. In excerptis Ctesiæ Amestris dicta i.e.Mater Esther,ex אם. Estheræ nomen quidam i. q. Astartes Dea, peius alij i.q.stella,ex Gr.ἀστὴρ,stella, Stern.

Esrom,ἐσρὼμ, 1.Chron.4.1. חֶצְרוֹן à חֵץ sagitta, & רון exaltatio,vel à חָצִיר gramen. Ethan. §.8.

Eva חַוָּה Genes. 3. 20. variam significationem Greg.§.2. adducit:Josephus ant.l.1.c.2. ex Scriptura,Matrem omnium viventium exponit. Ineptiunt Rabbini contra SS.Codicem, qui à חוה indicavit deducunt,quòd mulier ad indicandum h. e. deferendum & loquendum sit pronior , seu quòd homini sermonem serpentis indicavit. Pol-

dus in Nem.c.27.Euch.reddit,vita ſive calamitas. Inde fortè diverſa interpretatio,quòd eadem & edendo homini vitam attulerit,& transgrediendo calamitatem,aut quòd mulier aliis interdum vita,aliis calamitas. Eadem אִישָּׁה vira vocatur. Gen.2.23.quia ex viro deſumta. Fusè de hoc nomine Zanch.T.3.l.1.c.1.de hominis creat.p.520.

Eubulus,bonus conſiliarius, quaſi prudens,bene conſulens. Euclides, bona gloria.

Eucnemos §.17. Eudæmon §. 51.

Eudoxus poſtea ob inſignem eruditionem vocatus Endoxus.

Evergetes §.17.& 51.ita Ptol.III. dictus ab Ægyptiis,propter reſtitutos Deos patrios.

Evilmerodach,אֱוִיל מְרֹדַךְ 2.Reg.25.17.Carioni inſipiens, vel junior Merodach. Greg.§.702. ſtulti rebellionem,vel amaritudinem conterens.

Eulalia bene loquens.

Evodia,ἐυοδία,quaſi bona via,i.proſperè agens. Aliter ἐυωδία,quaſi bonus odor,2.Cor.2.15.

Euphraſtus in Theophr.

Eurybatiſſare §.50.Eurybates,ἐυρυβάτης,ἀπὸ τ͂ ἐυρὺ βάζειν,ab latè loquendo.Agamemnonis præco,q.d.vocaliſsimus. Euſebius i.pius.

Eutychus,ἐύτυχος,i.felix.proſper.fortunatus.

Expugnator in Juſtus.

Exterricinei Feſto ante tempus nati,tanquam eos mater exterrita alvo ejecerit.Gr.ἠλιοτόμηνοι veluti fallentes in menſe. Cœl.l.22. c.13.

Ezechiel יחזקאל fortitudo Domini ſive Dei i. q.Ezechias,Hiskias חִזְקִיָּהוּ,uti Gabriel, Dei virtus ſive fortitudo,alii qui Dominum apprehendit, al. fortitudo mea Dominus.

Faber

Faber, Fabricius, Schmid.

Fabius §. 13. item in Cicero. Fagius, Büchlein.

Falcones, quòd pollices pedum introrsum curvatos, falconis instar, haberent. Et Sedigiti, quòd sint sex digitis. Fastis non sumus adstricti §. 6.

Fastrada, uxor Caroli M. vester Rath.

Fattima, rectiùs Phatyma, i. ablactata sive obesa, Muhammedis filia, uxor Ali. Hinc Phatymaei, posteri Alis, quibus resistebant Chalifæ Bagadenses. Faustus à favore. Valer.

Felix i. prosper, fortunatus, uti Bassus Eudæmon dictus. Inpr. Corn. Sylla felix vocatus, & quare vide Cœl. l. 24. c. 6. qui & fortunatus, item venustus. Ib. vide Plut. in Apophth. & Volat. l. 19. Anthrop. vide etiam in Secundus, & in fortun.

Fenestella, à calvitie.

Ferreum latus dictus Edmundus Ethelredi F. Angl. R. propter bellicam fortitudinem. Polyd. lib. 7. Ita Fridericus Marchio Brandeb. Ferratus, der eisin. Jun. Orat. Tom. 1. Sic Ferrabrachus, Normannus, à corporis robore. Car. l. 4.

Fidenatus. Servius ab op. Latinorum sive Colonia Albanorum, quæ Fidenæ, devictâ, cuius cives Fidenates. Flor. l. 1. c, 12. vide Coriol.

Figulus P. Nigidius, quòd responsurus interroganti, cur gemini dispari conditione nascerentur, commentum rotæ meditatus est, quæ revoluta brevi momento maxima percurrit spatia. Aug. l. 1. de C. D.

Flacci i. q. Flaccii, ab auribus pendulis sive mobilibus. Plin. l. 10. c. 45.

Flagellum Dei Attila dictus, quòd Numinis permissu multis orbem malis affecerit. Sab. l. 6. c. 3

Flavii ap. Rom. i.q. Flavi, à crinium flavedine, gälbleich. Platina & Paul. Diac. l. 3. c. 8. de Longob. Longobardi, cùm post mortem Alboini XX. annis sub ducibus fuissent, Autharim sibi regem creârunt, quem a Vespasianis & Fl. Claudio Imp. optimis sumpto argumento, & ob dignitatem Flavium appellaverunt. Quo prænomine omnes qui postea fuerunt, Longob. reges feliciter usi sunt. Flexumines in Celeres. Flora §. 8.

Fodij dicti olim Fabij, quia fossis fera capiebant, postea commutatis literis Fabii. Plut. in Fab.

Fœminæ Roman. an multa nomina habuerint. §. 10. Formica quid Heb. §. 50.

Formosus dictus Atticus adolescens Damacles. Lips. Exempl. Polit. l. 2. c. 17.

Fortunatus & felix dictus Jac. IIX. Arag. R. ob res magnificè sanctéque gestas. Marin. l. 10. rer. Hisp. Nomen occurrit 1. Cor. 16. 17. Φȣρτȣνάτ☉ à Lat. quòd à fors, tis, r. fero, à fortuna autem tam adversas, quàm prosperas res, tanquam à Deo, afferri vulgus credebat. Vide Eutyches & Saidus. Fortunæ pila, quia præter opinionem atque invitus ad imperium tractus, unde & pertinax, item χρηϛολόγ☉, quia blandus, Helvius Imp. vocatus.

Franciscani §. 40. Fridegernus Goth. R. Fridengern. Fridgund, Fridgunst.

Frischlinus, à frisch, alacer.

Frontones à fronte, uti capitones à capite. Pœtusi Porphyrioni, oculis leniter declinatis, vel quorum huc illuc celeriter declinant. Sili, qui naso sunt sursum versus repando.

Frontitius miles quispiam, qui fronde coronatus, militaria gessit facinora, rectiùs v. Frondititius.

Fru-

Frugi L. Piso dictus, quòd in omni re commodus foret, utilis & fructuosus. Alex. l. 5. c. 9. v. Cic.

Fuchslinus, Alopecius, Fuchßbrand/i. Fußbrenn/ h. e. pedester miles, tamen galeatus.

Fuga in Phygellus.

Fulmen Ptol. Æg. R. dictus , ab alacritate & promptitudine in rebus gerendis. Pausan. in Att. Clearchus Heracleæ tyrannus, sceptrum gestans, unum ex filiis fulmen vocavit Plut. Stephanus II. Hung. R. ob ferocitatem. Mycr. l. 3. §. 7. Fulminator in Justus. Fulmineus terror dictus Turcis Hunniades Corvinus, ob fortitudinem. Mycr. Zach. Theob. in bello Huss. l. 2.

Funarius, Gratianus , quòd funem portanti quinque robustissimi milites nequirent extorquere. Sex. Aur. Vict. Marcell. l. 30. P. Diac.

Fundatissimus Doctor in Seraphicus.

Gabbara, gigas Arabs, tempore Claudii Cæsaris H. גבר, vir robustus. Plin. l. 7. c. 16.

Gabriel in Ezechias.

Gades, Gadira, Gatter/in Masinissa.

Gætuleius, ulicus. Cn. Corn. Lentulus Cossus, à devictis Gætulis. Flor. l. 4. c. 12.

Gaius, Valer. Max. à gaudio parentum. Cajus Scal. quasi γάϊος, à terra. Pasor γαῖον Cajum etiam vertit, sed origine Lat. esse ait , olim idem quod nunc Dominus. Mallem equidem à χαῖος, apud Laced. i. q. ἀρχαῖος, εὐγενής, ἀγαθός. Vnde in hac siguificatione Hesychius scribit χαῖος. Caja f. à viris tractum nomen.

Galba, vide §. 51. Sulpitiorum cognomen. Varia de origine afferunt. Quidam quòd op. Hisp. diu frustra oppugnatum illitis demum Galbano

 faci-

facibus succenderit, aliter quòd in diuturna valetudine galbeo i. remediis lanâ involutis asiduè uteretur: nonnulli quòd præpinguis fuerit visus, quem galbam (ein Kalb) Galli vocant, vel contrà quòd tam exilis, quàm sunt animalia, quæ in æsculis nascuntur, appellantúrque galbæ. Sueton. Solinus & Alex. Galbas à colore galbulæ avis denominari credunt. Est enim passeris genus, luteis pennis. Tametsi à galbeo indumento aliqui dictos putent. Gessnerus galbulam & galgulam aves has dici censet, turturis magnitudine, noménque Germanicum esse statuit, von der gälen Farb/ alibi in Italia Galberius audit, Calepino teste.

Galeacius Vicecomes Mediol. quia, cùm mater eum in multo gallorum cantu enixa esset, & infans apertis oculis alté vagiret, per jocum Gallazum appellavit. Quòd nomen cùm ancillæ per risum sæpius repeterent, ominosum id visum, quòd Gallus Martia avis esset. Jovius in vita eius. Mycr. hist. l. 3. §. 1. q. 13. Ab eadem ave Gallionem deducunt. Act. 18. 12.

Galenus, Γαλλωὸς, tranquillus, à Γαλλώη tranquillitas, vixit añosCXL. Galilæi, in Phul. Beloch.

Gallæcus, Decius Brutus, à devictis illis populis. Flor. l. 2. c. 17. §. 3. Gallienus in Salonius.

Ganymedes à Γανυμένος τοῖς μήδεσιν, ὅτι γάνυνται μήδεσι, nam Xenophon in symp. & Cic. l. 1. Tusc. quæst. non ob formam corporis, unde & inhonesto catamiti nomine notatur à Pœtis, sed ab animi præstantia, à Jovis aquila raptum adserunt, unde & conveniens nomen nactus sit. Poetis der Göttern Auffwarter / der ihnen das Nectar eingeschenckt/und Ambrosiam aufgetragen.

Gam-

Gambrivium filium Marsi faciunt, quasi Gempfer/Kempffer/à militari fortitudine.

Gaonim §.18. Garibaldus.Bavar.R. gar bald.

Gastius, Gast/ab hac radice multa composita: Gastgeb/gastfrey/gastbar/gastreych/gastrich/der gern ladet, posterius etiam reddi possit, ein Schmorotzer/der den Gastereyen nachschleichet. Ariogastus, Ehrengast/Sigastus, Segestns &c. gulosus & obscœnus. Arbogastus, Erbgast. Gastaldius sive Gastaldio, curator domûs & rei familiaris, quasi Gasthalter/aliter Gastgeb. Busæ in Capit. Caroli M. pag. 314. De conviviis. Gesprechsp. part.4.§.418.

Gedeon §.21. Gelasinus, Gelasius, risor, ita Democritus dictus, quia omnes deridebat. Æl.lib.4. var.hist. Gematria §.22. Gemma §.26.

Genealogiæ quanti faciendæ. 16.

Gentile nomen §.14. non facilè mutandum, §.15. gens à familia distinguitur, §.15.16. gentium variarum proprietates §.15.50.

Ceorgins quasi Γεωργὸς, agricola, vinitor.

Gerlacus, Gerlachius, gar oder gern lach/hilaris.

Germanorum nomina propria corrupta & pauca §.6. mutant malè nomina in alias linguas §. 28. varia Germanica nomina à §.29. Germanicus dictus M. Antoninus, victis celtis, qui trans Rhenum habitabant, atque Marcomannis, qui aliquoties feliciter contra Romanos pugnaverant, Dionys. & Xiphil. ita & Drusus appellatus. Flor.l.4.c. 12. ut & Domitianus. Sueton. An jure ita se nominârint Romani. Schedius de Dijs Germ. p.27. Sic quoque vocatus Ludovicus Caroli M. nepos, cui hæreditate Germania cessit. Car.l.4.

Geryon, Chald. peregrinus, quia in Hispania pere-

peregrinus appulit, & auri hactenus ab incolis neglecti cumulis congestis Chrysæi apud Græcos nomen obtinuit. Mycræl. hist. l. 1. §. 3. Tricorporeus habetur, quia tres fratres concordes & unanimes fuere. Justin. l. 44.

Geta in Davus, item §. 11. 15. & 50. Getulicus in Messala. Gibellini in VVelphi.

Gigas, Riß/vide Long.

Giselbertus, Gisel/sive Gesell werth.

Gladius Ægyptiis dictus Ochus Artax. Persarum R. ob interfectum & depastum Apim. Plut. de Iside. Gladius Romani populi vocatus Q. Marcellus, qui XXXIX. collatis signis dimicavit. Sabell. l. 6. c. 3. infr. Camer. Oper. subc. c. 1. c76. f.

Glaucus, Γλαυκὸς, cæsius. Glycerium in Davus.

Gnæus, gnatura, in Cneus, ita gnato.

Godebertus, Gotteswerth. Godogesilo, Vandalorum dux, guter Gesell. Godohoc, G. hoch, Longob. R. Godofredus, Gottesfried.

Godschalcus in Abdias.

Goliat, גלית, transmigratio, accumulatio, revolutio, detectio. Inepte hunc Alcoranus vocat גאלות Galuth, ita Saulem, טאלות, Taluth, i. e. longuirionem. Hott. Anal. Gonatus §. 17. & 51.

Gontherus, quasi Gontharius, Gunsther.

Gott/ut cæteræ gentes, ita & Celtæ olim facilè à Deo se denominârunt, uti Gotthard/ Gottlieb/ Gottfried/ Gottleb/ Gottwal/ Gottwalt rc. Godzo i. q. Diedo. Göttlich. Cotuates Cæs. Gottwad/qui egregiis est juris, εὐχνῃμίς. Gozan fl. in Cyrus.

Græculus Hadrianus Imp. ob studia. Æl. Spart. Græcio Julianus Apostata, eandem ob causam.

Gramo Scioldi Danorum Regis filius, ob corporis

poris animíque præſtantiam id à poſteris tributum, ut in vetuſtiſsimis Danorum carminibus ipſius vocabulo regia nobilitas cenſeatur. Saxo l. 1.

Granius, à quo Granianus, à grano, ut fabianus à fabio, hoc a faba.

Gregorius, Γρηγορεῖν, vigil, vigilans.

Grimoaldus, Grimmwalt / grimmig alt, alibi Grimmoldus, grimmig hold. Grothelde / grosse Liebe.

Grynæus, Greiner. Grypi, gryphi, Græcis ſunt homines adunco naſo, quia aves gryphes tales referunt. Mycræl. l. 3. §. 12. q. 30. Apud Pomeranos pedetentim gryphorum familia, quanquam ſub imperio Sarmatico, eluctata, unde Gryphisvvaldum, Gryphenhagium, Gryphenberga opp. Antonius Gryphus Aſiæ Rex. Juſtin. l. 39.

Guaſtaldus, officii nomen eſt in jure feudali, i. procurator domûs & rei fam. à guaſt i. gaſt / hoſpes, hoſpitium, & halten.

Gudela, q. bona pars aut ſors, guter Theil.

Guelphi in VVelphi.

Guilhelmus, Wilhelm / à Lap. guldin Helm, deaurata galea. Guiſcardus, ferrabrachi frater. Normannicè error victor. Car. l. 4.

Gundebertus, Gunſtwerth.

Gundobaudus Gal. R. Gunſtbott.

Gundaricus, Gunſtreich.

Gurges, fabius, ob devoratum luxu patrimonium, cuius tamen inſecuta virtus vitia prioris ætatis correxit. Alex. l. 1. c. 9.

Gutbirga, IV. Longob. Rex filia, Guter berg.

Gutturoſi, quorum guttur, tanquam ſpongia intumeſcit.

Habdanck / familia Scorbiorum in Polonia, inde

acce-

accepit nomen, quòd Scorbius Legatus ad Imp. Henricum V. superbè cumulo thesauri ei ostenso, suum annulum aureum adjecit, cui Imperator prudenter dixit Hab danck/unde nomen obtinuit. Lehem. Spir. Chron. l. 5. c. 42. Bucholz. ad a. 1109.

Habspurgenses, priùs Aldenburgenses, ab arce antiqua Altenburg, quasi antiquus burgus, dicti, inde credo Olten. Vide Car. l. 5. Aliud Oldenburg in Frisia. Gebuil. in Austria sua l. 2. c. 11. Otbertus, qui aliis Theobertus Avendi castri comitatus titulum primus sibi assumpsit, quod cognomen Germani suâ linguâ interpretati primò Avenspurg, póst Habspurg. Idem castrum Romarici montis nomen postea etiam obtinuit, à Romarico quodam sancto. Est autem ea arx intra Vosagi montana, haud procul à Mosella, in Leucorum ac Sequanorum confinio. Gerard de Roo in domo Austr. resectis fabulis nomen deducit ab haben / quia Episcopus Argent. VVernerus in arcem à se extructam, sein Hab und Gut dahin thun/ oder behalten wöllen. Zeiller. pag. 158. ubi alias etiam sententias recenset. Aliis vom Habich &c. Circa an. 1020. arx ædificata ad Ararim in Argovia. Vide Lazium & Jac. Maulium.

Hadvvakerus q. Hatto, vel Otto & wacker/ alacer, aliàs Odoacer, & Audacharius.

Haimo, Gocl. der stetts daheimen.

Hakkalir, in Nehurai.

Hala in fœdo oris halitu §. 51.

Halmion, Philocles comicus, quasi salinator, ob acrimoniam. Suidas. Capite erat acuto & fastigiato.

Haman, conturbans, tumultuans, stoltzer/ auffgeblase-

blasener/der viel Getümmels oder Auffruhr anrichtet/
Bunt. Hammon,nis §.17.

Hanna in Anna,Hanno Hannibal, in Masinissa.

Hannasi,Hakkodesch,Hatzaddik §.18.

Hanse statt/in Anse.

Haraldus Hein,Daniæ R. i. cos mollis & plana,cuius nullus esse potest ad ferrum acuendum usus,ab ignavia & socordia. Harminius in Herman. Harmodij §,16. Hassi in Cato.

Hastmodus,Hastmuthus,hastiges Muths.

Hector,ἕκτωρ,ab ἔχειν, tenendo & defendendo §.17. Heduigis, Gotteswig.

Hegio,senex Terentianus,ab ἡγεῖσθαι,ducere, præesse. Helam,seculum sive orbis, עולם.

Heldehoc.Longob.R. Heldenhoch.

Helena,proba, cordata, Constantini M.mater, etiam Theodora dicta.

Heli, ἡλί,עלי ,ascensus,Luc.3.6.Helias v.Elias.

Helingarda,heilige Garten-hüterin.Gal.ver.garder,warten. Heliotomeni, in exterrinicei.

Helmechildus,nobilis Longob.Helmenhuld/ita Anshelmus,unser Helm/i.Schutz/ (sic Alphonsus, helff uns.) Diethelmus, Theodehalmus. Gottes Helm..

Helvvigis,salutare perfugium,Hartvvig,Hartvvicus, Hartvvigius, durum perfugium. Ita Brunswig/de quo alibi.Henno à voce Johannes.

Hephestio,us §.17. Heptatechnus,VII.artium liberalium peritus sive magister.

Heraclidæ §.16. & in Ægyptus.

Herba parietaria,ita Constantinus Trajanum vocavit, ob multos titulos ædificiis inscriptos. Cuspin.

Her-

Herculeum se Maximianus nominat. Pomp. Lætus.

Herimannus, A-Erimannus. Somn. in Gloss. Here pro Domino, inter Saxonica monumenta non reperiri ait, proinde putat quasi Ehrenmann/ siquidem Vasallus promovere Domini sui honorem tenetur, mavult tamen ab Hyran/nobis hören/ obedire, auscultare, subjacere, quia hoc officium Vasalli. Schoper. pag. 23. Hermann i. exercitûs vir, bellicosus.

Hermingardis, uxor Caroli M. Hermen-garten.

Hermaphroditi in Androgyni.

Hermogenes, ἑρμογένης, quasi ex Mercurio genitus. Heros, ita Paralum Pericles contra patria instituta vocavit. Herostratus §. 49.

Herzecogli i. filius ducis scil. Bosniæ. Calvis. ad an. 1468. f. Hidylus §. 17.

Hierax Antiochus dictus, quia non hominis, sed accipitris ritu, in alienis eripiendis, vitam sectaretur. Justin. l. 27. Alex. l. 1. c. 11. hîc §. 17.

Hieronymus, cui sanctum est nomen ἱερώνυμος.

Hildebrandus, Huldenbrand / G. Brandon, Brand. Papa huius nominis rectiùs Hellenbrand, i. infernalis titio vocatur.

Hildegardis, hildgardi, Huldengarten/ uxor Caroli M. Hierosolymitanus dictus Andræas II. Hung. R. ob expeditionem sacram. In Hilf. §. 32.

Hillel non significat profanum, ut monet Scal. contr Hier. sed laudatorem (Dei) quia non חלל sed הלל scribendum, contrà Sammai i. q. dissipator, à שמם.

Himarolgiezira, Mervvan Imp. Turcicus dictus i. e. asinus Mesopotaniæ, ob magnam & intrepi-

trepidam belli fortitudinem,sive quòd in bello consisteret,asinus enim in bello fugere nescit.

Hipparchus,equitum magister,Rittmeister.

Hippocrates,equino robore præditus.

Hippodame,us,à δαμάζω, domo,qui equos domat. Hippolytus,λυτὸς,solutus h.e.ab equis discerptus ℌ.17.

Hircanus Johannes,filius Matthatiæ Asmonæi, à devictis Hircanis,quem pòst de nomine hoc alii etiam secuti. Jos.de bello Jud.l.1.c.2. Sulp. lib.2. Quin & Ochus partem Judæorum in Hircaniam transtulit,juxta mare Caspium.

Hohen Zollern/ vide Zollern.

Homerus dictus primùm Melesigenes,à fl.prope quem editus,deinde Ὅμηρος, cœcus enim erat factus,de quo Herod in vita Hom. Suidas eum cœcum appellatum putat , quòd affectibus non succumberet,quæ ex oculorum desideriis præcipuè concipere animus solet. Gyraldo Dial.2. de poet. hist. quòd cùm filiis orbatus esset,eorum desiderium orbitatémque haud facilè ferret.Plutarcho i.q. Ὁμηρὸς h.e.is,qui femur pilosum habet: μηρὸς siquidem femur denotat, ita ergo dictum volunt,quia in utroque femore crines promissos habuit.Conf.Heliod.l.3. Æthiop.hist. aliis quasi femorosus.Aliidicunt,Cumam reversũ senatorem certum recusâsse publicè eũ alendum,aliàs enim futurum,ut turbâ cœcorum opprimantur. Linguâ autem Cumæorum Ὅμηρος quasi μή ὁρῶν dici.Idem Plut. ab ὁμηρεῖν,sequi diducit,quia Melesigenes Lydos sequebatur, cùm Smirnam relinquerent ab æolibus afflictam. Smyrnæa plectra dicuntur eius carmina,à loco ubi natus. Vide

L Strab.

Strab.l.14.item Plut.& Herod.ut & Silium lib.8. v.596. alii tamen ignorari patriam contendunt. Eius matrem Crithin vocant. Vide Corv.in vocibus.Eius Iliadem minorem,quæ incipit ἴλιον ἀείδω &c.Phocaidem etiam vocant,quia apud Phocenses condita.Carmen eiusdem,cui nomen Caminus i.fornax,quòd figulis id composuit.Homeromastyx h.e.flagellum Homeri dictus Zoilus,quia maledicus fuit in hunc Poetam,uti etiam in Platonem, quem divinum aliàs celebrant Philosophum.

Hopperorum familiæ inde nomen,quòd olim in Frisiæ districtu, qui inter Stauriensem & Hornensem civitatem,quondam terra continua fuit, nunc mare est,& nihilominus retento nomine, die hop Heren i.Hoppæ Domini,in vita Joach.Hopperi J.C. Hortarius,Horther.

Hortensij Rom.ab hortorum studio,quo tenebantur. Hoseas,Oseas, Ὠσηὲ, הוֹשֵׁעַ q. servator,Osee,Josua,Jesus,Servator §.22.

Hospinianus,Wirth.

Hossimi, qui nascuntur sine naribus, quarum loco habent foramina,aliter Simones.

Hostus prænomen fuit in eo,qui peregrè apud hospitem natus,idpue habuit Lucretius Tricipitinus collega L.Sergij.Macr.l.1.Satur. qui in hostico procreatus,eum hostum vocatum scribit.

Hulfarus, Vlfar, Hylferus i. Helffer/sospitator, salutifer, auxiliator, soter, alexis, Josua, Jesus, Esdras.

Hundingus, Chundingus i. Cunerdingus, audax, kühn/ vel potens rebus, ita Ratingus,consilium in rebus.

Hon-

Houtebeen, aliàs Capitain Jôle, admiralis Ordd. Belgij, quasi Holtzinbein / de quo Barlæus hist. Brasil. p. 86.

In hulf §. 32. in huld §. 36.

Hutinus Ludovicus Rex Navar. quia inter Regis Gall. Ludov. X. & Papæ officiarios jus dixit: hutiner aliàs offendere, irritare, provocare. Hutinus, einer der sich in einer Auffruhr mit seinem Gewalt underzwischen legt. P. Æmil. l. 8. quid si i. q. hüten/hüter.

ὕβρις, ignominia, Q. Varius, tyrannus Romanus dictus, propter obscurum jus civitatis. Valer. Si quis patre Scytha, & matre Græca natus, contumelia sive hybris Gr. vocatus. Laert. in Anachr. Hypolispæ in Apyges.

Hypsipila, ὑψιπύλη, alta porta, filia Thoantis, Lemni Regina. Murm. in Pers.

Jambres, ἰαμβρὴς, aliter μαμβρῆς, quidam à מרר rebellavit. Hiph. exacerbavit. Aliàs etymologia incerta, quia vox Æg. Pas.

Jamus, ἴαμος, ab herbis, violísque flavis & purpureis, quibus abjectus obtectus fuit inventus.

Janna, ἰαννὰ, יַעֲנֶה affliget, seu humiliabit scilicet superbos. Luc. 3. 24. Jannes, ἰαννῆς 2. Tim. 3. 8. incerta origo, quia Æg. quidam obloquens, obstrepens à ענה. Drusius in Thalm. scribi testatur יוחני.

Janus, janua, hîc §. 2. à vini inventione dictus. Bodin. meth. p. 345.

Japhia, rex Lachis. Jos. 10. 3. יָפִיעַ. Bunt. illustris durchleuchtig.

R. Sol. Jarchi ירחי, potiùs Ierachi, ab op. Lunel, quod à Luna nomen habet, obiit Anno 1105.

Jaol, i.e. comes. Haquinus Norvegiæ R. A. 979.
Jasius, Jason, ἰάσων, sanaturus §. 51.

Icabod אִיכָבוֹד 1. Sam. 4. 21. filius Pinhasi, quòd gloria ab Israele ablata i. arca, quasi אוֹי אִי Væ, Weh/οὐαί, vel אִין non, & כָּבוֹד Jos. ant. l. 5. c. 13.

Icononiachus Leo III. Imp. dictus i. imaginum expugnator. Sic & filius eius Leo IV. vide Eicon.

Idea, eus, ida §. 17. Idithun §. 8.

Jehojacim §. 21. Iehosua. §. 22.

Iehovæ nomen, an virtutem habeat §. 23.

Iejunator, Iohannes Constant. Episc. à vitæ sobrietate.

Ierobal Gedeon dictus, ob dirutam Baalis aram. Iud. 6. vide §. 21. & 25.

Iesabel, fluens sanguine, sive sterquilinium. אִיזֶבֶל. Pas. ex אִי insula, & זָבַל habitare, quasi insulæ inhabitatrix.

Iesu nomen Iren. Cont. hær. l. 2. c. 41. miserè cœlum reddit. Vid. Dallæ, de usu Patrum p. 243. f.

Iethro יִתְרוֹ Ex. 3. 1. Num. 10. 1. excellens, dictus etiam Raguel רְעוּאֵל pastor vel amicus Dei.

Igneus vocatus Albanensis Episc. per judicium ignis immensam pertransiens illæsus pyram, vestimentis etiam per flammam volitantibus, sed in nullo læsis, Petrum Florentinum Episcopum declaravit Simoniacum. Hottom. de feudis c. 44. ex Vrsperg.

Ildobaldus Gothorum R. fortè eilender Bott/ al. Huldbott. Scribitur etiam Ildobaldus, Eilbald.

Iliades §. 16. Illuminatus D. in Seraphicus §. 40.

Illustris, de viro docto §. 40.

Imam-alhakk, principem veritatis sive æquitatis

tis se Bagdadensis princeps vocavit. Hot.hist.sec. 10.pag.95.

Imperiosus Manlius vocatus.Flor.l.1.c.14. vide Manliana imperia.

Impius in Titus. Impositio nominum §.42.seq.

Inachus,argivorum regni conditor,qui Coloniam ex Ægypto in Peloponnesum deduxit,credo i.q.ענק,Anak-

Induciomarus,Teutschmeyer/ubi in i.q.en,hod. ein/ quasi præfectus, judex,inspector, administrator Duitiorum. Indicorum regum tituli §.40.

Ingauni,die mit Steinen umgeben. Flor.l.2. c.3. vide alibi Gaunum.

Infans dicitur primogenitus Regis Hisp.anteq. regnet. Æn. Sylv. in Eur. Apud Gallos vocatur Delphinus, metaph. ab animalis huius affectu in homines. Exclusio autem fratrum reliquorum Gallice dicitur Apennatus,à Germ. Abbannung/q. remotio à regno. Vide Tolos.l.7.c.5. & l.26.c.6. Keker.polit. l.1.c.4. A Ludovici XI. tempore Appenagium tertiò nati filii regis facta fuit provincia Andecavensis,inde Ducis nomen Andini. Aliàs Andegavum, Andecavum, hodie Angers &c. Valla l.1.de Ferd. Infantes in omni Hispania Regis filij vocantur. Quem morem,ut alia plurima, suspicari libet,sumptum esse è vetusta Romanorum consuetudine, apud quos, ut Hieronymus prodidit,filii etiam grandes à parentibus infantes vocabantur. Nisi fortè referamus ad Gr. quorum studia fuisse in Hispania reperio, qui indistincto vocabulo filios puerósque appellant παῖδας: sicut uxores quoque atque mulieres γυναῖκας, quod fieri in pleraq; Hispania agnoscimus. At potiùs equi-

dem Germanorum sive Celtarum moribus isthoc tribuerim, ut alibi ostensum. Confer hîc §.9. Hebræi etiam filios jam adultos & viros appellabant pueros. Et sanè puer ab infante parùm distat, unde infans puer etiam nominatur. Rex Vestrog. XXVII. Chintilla dictus, item XXIX. & XXX. Chindas & VVindus i.e. Kind/ vide Mycr.l.2.§.4. Ita Junker quasi Junger Herr, secundò geniti nobilium filii, primogenitus verò simpliciter Dominus, Herr. Besold. thesaur. pract. p.447. Plura de infante, Delphino, VValliæ, principe &c. idem Besold. tit. König/ & Somner. Gloss. in domicella.

Infundibulum, in bicongius. Chone i. infundibulum, Diotimus Athen. ob Polyposian sive bibacitatem dictus. Cœl.l.24.c.6. ex Æl.l.2.

Ingenitus dictus Burkhardus Comes de Lindsgovv, A. 959. quòd ex mortuæ matris alvo exectus, ex Bruschio Theat. Zuing. v.2.l.1.

Injuriosus in contumeliosus.

Innocentius quasi innocens.

Inquisitores, ab inquirendo, de quorum tormentis alibi.

Insanus, Domitius Grammaticus Rom. dictus, quia morosus, inhumanus, intractabilis.

Insignia, Waapen §.41. Invictissimi §.40.

Iob איוב dolens, gemens, ululans, aut exosus, vel patiens inimicitiam. Sabell.l.6.c.3.

Iochan Bellul i. gemma preciosa. Bodin. meth. pag.312. Iocticus, Ellnbögig/ dictus Lassla R. Polon. propter brevitatem, de Roo hist. domûs Austr. p.67. vide Loct.

Iohannes, a, in Anna, ἰωάννης, יוחנן יהוחנן יוחנן gratia Dei, Gottes Gnad. Sz. gratiosus. Aret. Baptista

ſta ita dictus , quòd primus eſſet gratiæ divinæ præco. Rectiùs Latinè per h. ſcribitur. Iohannes Bapt. in Alcorano חצור i.cœlebs, παρθενεύων dicitur.Hott.hiſt. Or. l.1. c.3. pag.86. ἰωαννᾶς Luc.3. 27.i.q.ſuperius,ut & Ionan, ἰωνάν. Sic Ionas pro Iohannes Druſ. Ioh. 1.39. aliàs Ionas,H.יוֹנָה,columbus,a.r.יָנָה oppreſsit,afflixit, ita dictum animal,quia ſine bile,ac prædæ variè expoſitum. Iona aliter dolens, in Alcor.dicitur דא נון, ἰχθυόφαγος.Hott.l.al.pag.40. quem etiam rectè יונס vocat,ib.& Anal.part.1.p.87.

Ioſes,Ioſe,ἰωσῆς,ὴ,ῆ,H.יושה,vel ex יש eſt,vel à ישש ſenex,γέρων, ſilicernium (ſteinalt) à ſilendo. Druſio Ioſes pro Ioſeph, uti ישו pro יהושע,P.

Ioſias יאשיה æquitas Domini,ſeu planities Domini,ſive apponet Dominus.Contrà Ioſua יְהוֹשֻׁעַ Iehoſua,ſervator Domini, vide omnino Greg.§. 78.malè redditur auſe,oſe,quod ſimpliciter ſervator.

Iovium ſe Diocletianus vocavit: Car. lib. 3. Pomp. Læt.

Irene: pax: εἰρήνη.

Iringus,Yring/eher ring/der nach ehren ringet.

Irrefragabilis: in Seraph. Doctor.

Irritare: §.3.

Iſauricus: P.Servilius, ab Iſauro Ciliciæ arce devicta: Flor. l.3.cap.6.Car.l.3.vid. Meſſala.

Iſcarioth,ſcarioth, איש קרות Keryethenſis,memoriale Domini S. memoria mortis. Iudas ita vocatus à vico,ubi natus. ad differ.Lebbæi, cognomine Thaddæi. Iunio non à natalibus , ne-

que à שקר mendacio , ſed aut à recipiendo
obſervando, aut ab occludendo , Syr. סכר un
eſcariuta, marſupium , ſcil. quia erat quæſtor a
rarii : vid. Iohan. 13.29. aut τῦ πνίγειν ab e
quòd fauces ſibi ipſi ſtrinxerit , quod idem ve
bum ſignificat. Non placet aliis quòd à loco d
ctus , ſed quaſi שכר merces & ויסה inclinatu
quod vir mercenarius , qui mercede conducitu
Alias locus Careth, Cartha , Certha. Hinc regi
in Africa Cirtha r. קרה contingere , occurrere
Inde Arabicæ urbes Cairovvanum ſeu Cairoa ,
quaſi comitium , concilium : ſeu qua ſi victrix,
coactrix. Vide Harmon. Chemn. c.50.p.515.

Iſchenderbeg , Georg. Caſtriotus, Dux Albaniæ fortiſsimus contra Turcas , unde ita ab his dictus,quaſi Dominus Alexander. vide Scanderbeg,item Alexander , & cent.1. Camer.cap.76.

Iſchirun, in Aben Eſra.

Iſenbertus,comes de Altorf,Iſenwerth.

Iſidori plures : §.14. Iſocrates,æquale robur.

Iuda in Adeodati, Iudith. i. q. Iudæa, laudans, confitens.

Iudices Romani qui, in celeres.

Iulius Cæſar Octavianus : Flor. l.4.c.4.

Juncker : in infans.

Iuſtus , ἴυςος : act. 18.7. Col. 4. 11, G. gerecht. Ita Ariſtides , licet pauper Rex , ob virtutem , ut & popularis dictus : ubi alii vi & tyrannide dici voluerunt Expugnatores,fulminatores,viatores, aquilæ accipitres , à violentia & potentia.Plut.in Ariſtid. Iuſtinus in Apologia nomen mutavit.

Ius Canonicum quanti fiat. in commentator:

Kæſones in cæſones, idem in omniſcius.

Kaleta

Kaleta Iohannes, Danielis Moscov. Principis F. quòd asſiduè ad erogandam pauperibus ſtipem, ſecum peram portaret; Mycr.

Καλλιςεῖα in Diadumenus.

Καπνὸς, Theagenes, qui etſi pauper, prædives tamen & magnificus mercator haberi voluit: Eraſ. in Adag. Ita fumum vendere. Similis huic erat Sello, unde tales σελλίζειν dicti, Suida teste.

Karraim: §. 20. Karmatiani, Kerm. ſecta Muhammedis, quam alii ab hoſpite, alii à vico alii à duce deducunt, quòd ſtatura brevi ſeu contracta & facie deformi fuerit: Hot. hiſt. N. T. c. 10.

Kara Knyoulu, aries niger: idem part. 4. & archont. Coſm. de imperio Magni Sophi p. 155.

Kaſil baſſa, Turcæ Perſas vocant i. rubra capita, ob rubros pileos, quos ad Turcarum differentiam portant. Reinboth præf. in Saad. Olearii.

Katz/ in Cato. Κεραυνόβολος legio Christianorum, i. fulminatrix, quia fulmina & imbres orando impetravit: Camerar. cent. I. cap. 29.

Keth, in Camus. Kiani, arcus, bogen/ Rex perſ. dictus. Olear. in Saad. lib. 3. cap. 24.

Kis, קִישׁ durus. r. קָשָׁה; vel à קָשַׁשׁ ſtipulas collegit. q. ſedulus investigator.

Κλήμης, clemẽs. Κλωπᾶς in cleopas. Kobald: §. 37.

Κωλοσανεμίας, in ἀλεξανεμίας.

Κόραξ, corvus, ulyſſes Lycophron dictus, διὰ τὸ πολυχρόνιον, quòd ætate jam feſſus interiit, ab Telegono interemtus: Cœl. l. 20. c. 34.

Κόριννα: §. 17. Κύνωψ, ita Agamennon ab Homerico Achille dicitur i. canis oculos habens, impudentiam ſignificans cum timiditate conjunctam. Ita Ariſtogiton Athen. orator eand. ob

causam sic vocatus: Volat. lib.13. cap. 4. anthr
Κυπελλόμαχος in bicongius. Κύπελλον, ἀμφικύ-
πελλον, poculi genus quoddam: quibusdam cya-
thus: quidam quòd ea pocula τοῖς πέλλαις i. mul-
ctralibus essent quàm simillima, unde Ger. se-
corruptè Stupel: quo ferè intelligunt vas, qu-
lac excipi solet, ait VVillich. in Bucol. Verg. Κύ-
πελλον unde aliis Scapula indicat. conv. G. kübel.
Kur dictus Bahram Rex pers. ab onagris, quo
venari & inde cibari solitus. Olear. in Saadi lib.
2.c.20. Kürsner / Pellicanus. Labeones, la-
biæni, labrosi, à prominentioribus labris. vid.
chilones. Labynitus. in Balthassar.
Laconista. §. 17. Lactantius, quia disertu-
& planè lacteus fuit seu à lacteo Tullianæ elo-
quentiæ flumine, teste Hier. Aliàs Lucius Cœliu-
& à patria Firmio Firmianus.
Lactucini, Romæ, quòd lactucas colerent.
Lænati, qui eo vestis genere utebantur, qu-
χλαῖνα dicta. quorum M. Popilius Lænas princep-
familiæ fuit, qui consul & flamen: cùm lænam in-
dutus sacrum facere, orto patrum & plebis tu-
multu, ut erat amictus, in forum processit, ma-
gnificáque oratione seditionem comprèssit: Ci-
in Bruto: alex l.1.c.9. Laertius (Dioog.) §.1
Lamech לֶמֶךְ quidam ab inus. rad. & signif. מך
al. à מָכַךְ attenuari: quasi pauper, miser.
Lamissus Longob. R. q. à lama, i. voragin-
extractus. Nam cùm mater ejus meretrix V-
uno partu enixa filios, in piscinam projecisse-
Rexque Agelmundus iterfaciens, eos hasta r-
volveret, is hastam ejus firmiter tenuit: vid. S-
geb. in chron.

Lam

Lamiæ Romæ dicti q. voraces: alex'l. 1.c.9. vide inclodius. Perottus: Lamiæ mulieres, quæ ſtrigum inſtar infantium ſanguinem ſugunt, ſive ipſę ſtriges. Lamias etiam veteres dixerunt nobili familiâ ortas, quoniam Heliorum familia à Lamio Formiarum rege ortum habuiſſe conſtat: unde & lamiæ cognomen nobilib. inditum eſt, quod vulgò lamium genus vocabatur.

Lamyrus §. 17. & 51. Λαμπετώ. in charitoblepharus. Landbrandus R. Longob. Landtbrenner. Landfridus, Landtfried. Langerus, Langer ſ. lange eher. Lanfrancus, diuturna libertas. Laonicus, Populi victor. Langſcans, Eduardus 1. Angl. R. à tibiarum longitudine: H. Boeth.l.14. Lapæ, ab inculto capillo ſeu capite Solim. vid. §. 51.

Largus, Alphonſus X. Arag. R. quia ingentem lætitiam præ ſe ferebat, cùm dona inſignia largiebatur: Marin.l.11. rer. Hiſp.

Larus vid. orat. Junii T.2. Laſcarus (Jo.) exul cum aliis è Græcia in Italiam venit è Laſcarina Imperatoria ſtirpe: Car. Laſconogus dictus Ladisl.III. R.Pol. à crurum gracilitate: Mycr.lib.3. §.6. Latina Lingua à Papa obtruſa. §. 29. Lazarus: Sz.adjutus à Deo. quidam à לצר, unde מָלְצַר theſaurarius: aliis i. q. Eleazar אֱלִיעֶצֶר perapher. i. Dei adjutorium ſeu adjumentum. Hier. quaſi עָזוּר adjutus. Trem. Vir, cui ferri oportet adjumentum, לו אעזור: Syrus ſcribit לעזר, unde Druſius putat Heb. ſcribendum אלעזר, adeò ut Lazarus i. q. Eleazarus. Fuller.I.1.c.10. לעזר pro לא עזר q. non auxilians,

non

non auxiliator, inops, ἀβοήθητος. Lazari di[...] VII. milites, quia à sociis in clade cæsis reve[...] si, omnibus destituti, ac in rei ignominiam nu[...] pedibus mendicare victum debuerunt apud Hu[...] nos: Bonf. l. 10. Dec. 1.

Lea, lia; laboriosa. לאה Leæna. §. 17.

Lebbæus i. corculum. Hier. λεββαῖος. Sy[...] לִבַּי à לב cor. Cognomen Thaddæus תַּדַּי à Sy[...] rochald. תַד i. q. H. שַׁד mamma al. i. q. confiten[...] laudans q. à ידה vid. chemnit. Harm. c. 50.

Leccæ inexhausta libido & obscurus amor gentilitium nomen fecit.

Lentuli Romani, quia legumina illa cole[...] bant. §. 13. λέμβος, lembus, scapha, navem onerariam sequens: inde de adulatore & parasi[...] to dicitur, Athenei testimonio, vel de mensarum assecla, unde Heraclides Calletianus sic cogno[...] minatus. Lenates à frequenti usu lenæ vestis.

Leo Henr. dux Megap. dictus, quòd fortiter se contra Brandeb. tutatus esset: Mycr.

Leonhardus: miserè Bodino in Meth. p. 385. ex Græca & Celt. voce, quasi populi robur; re[...] ctè Lewenhart / so hart alß ein Lew.

Leonides, Gr. dux. contra Xerxem, Lew. Leontichus, Lewlein: §. 17. Leonicus, leonis victor. Leovigildus, Lewenhuld/hold.

Lepidus in æmilius. Lepus. Lagopus, λαγώπους, leporinus pes. Ericus Vand. R. dictus, quia celeri fuga sibi consuleret: Cranz. l. 9. Vand. c. 36.

Lesbia. in Davus. Lescus 1. Pol. R. aliâs Primislaus, ob insignem vafritiem seu stratagemata: Mycr. Leucippus i. lupinus equus: VIII. Sicyon. R. Levi in Matth. Lezka, Iudas inter

Bohe-

Bohemos Orthodoxos, i. q. mendaciolus : Mart. Boh. cap.21. Liber Pater ſ. Dionyſius dictus Mithridates Ponti R. ſeu quòd edendo & potando in certamine alios vicit : ſeu, quod credibilius, quia tum infanti, tum jam adulto fulmen non nocuit prope lapſum. Muret.l.1. var. lect.c.2. Liberator. in Conditor. Limi, Licinii. vid. Pætus. alteri qui limis oculis intuerentur: alteri quòd parvis ocellis naſceretur. Linguarum copia reddit nomina obſcura & diffic. §.6.

λῖνος, linus 2.Tim.4.21. i. q. L. rete.

Literator Græco ſeu Græcanicus literio, Julianus apoſtata dictus à ſtudio : item loquax talpa, purpurata ſimia : inſuper mollis aſianus, Græculúſque fallax, & ſub ſpecie ſapientiæ ſtolidus : Pomp. Læt. Lithonius, Steiner.

Locorum nomina propria quomodo formata : §. 27. Locticus dictus Vladislaus IV. Rex Polon. i. cubitalis ob brevem ſtaturam : Mycr.l.3. §.6. λογομάγειρος Antiphon vocatus quaſi orationis coquus, eò quòd oratione excellebat : Steph. Grammat. ap. Volat.l.20. antho.

Lois, λωΐς, ΐδος, q. λωΐων, melior q. d. quam magis volumus. r. λάω, λῶ. Lomnorius, Lohnhertz/ Loevenhertz.

Longi, Ammonius, Dioſcorus, Euſebius, Euthymius fratres Monachi in Ægypto, Arcadii & Honorii tempore, propter corporis proceritatem : Niceph.l.13.c.10, & Soz.l.6.c.30. Ita Martinus Turrianus, qui vixit anno 1148. gigas, à corporis proceritate cognominatus : ab eo Mediolani clariſsima Turrianorum familia ; Sigon.l. 11. regni Ital. Longinus §. 51.

Lon-

Longimannus S.Macrochir, Artaxerxes Perſ. R. quòd manum dexteram haberet alterâ longiorem: Plut. in artax. Hiſtor.or. Hot. p.50. כי בהמן Cai-bahma i.q. μακρόχειρ; alio nomine à Magis Perſarum ארד שיר Ardſchir h. e. farina & lac fuit nominatus, unde Gr. ἀρταξέρξης, & Heb. אחשורוש ahaſuerus. Conſule tu Greg. §. 798.

Lotharius, Leuthert. Minus bene à Lap. quaſi plumbeum cor. Francis veterib. Clotharius: ad quod Guilimannus in libris antiquitatum C. notare i. q. Kunig: at ſacerdotes aliíque plures ſic vocati: Goldaſt. ant.alam.T.3.p.114. Cur enim Pipino, Carolo &c. hoc nomen non inditum, ſi Regem denotet? vid.Buſæum in Epiſt. Hinc m. p.188. Lucas Sz.conſurgens ſeu elevans: aliis à luce, ut & Lucius: ita Lucia i. q. lucida. Lucius qui Oriente ſole, aut ipſo lucis initio ortus; aut nomen eſt à Lucumònibus Etruſcis. vid. §.10. Lucernam ſuper candelabrum Eccleſiæ poſitam, & Sal terræ D.Auguſtinum Paulinus Nolanus Epiſc. ejus diſcipulus apepllat. Lucerna juris Canonici, in commentator.

Lucini ſeu Lucinii, qui parvos utrinque habent oculos. Lucipor in publipor.

Ludberthus, Lüthwerth: Luitperthus Longob. R.

Luderus, Gothicus dux, fortè Leuthhert i. q. Lotharius. Ludovicus: antè dictus Clodoveus R. Gall. Ludwig: vide VVig.

Luitgarda, uxor Caroli M. leuthgarten. Zeillero leuthſelige: fortè leuthwerthe. ita Luithhild, die vom volck gehuldet oder geliebet wird.

Luitprandus, Longob. R. Leuthbrand/ pro luthbrenn/ i. hominum galea.

Luk-

Lukmanus, Æsopus vocatur ab Alcorano, à verbo לקם quod voracitatem notat, nim. propter obesitatem ventris: Hot. hist.or. p.69. Ego verò dubito vehementer, num in alcorano per Lochmannum Æsopus intelligatur: confer. eos qui in utrunque scripsere.

Lumen juris: in commentator. lux cœcorum: ib. Luna quid Hebr. §.50. Lupula, Wölfflin.

Luscus: in Sinai. Lusciosus, qui propter oculorum vitium parum videt. Luscius, qui altero captus oculo.

Lustrici dies &c. §.44.47. parentes: 42.

Lycaon quasi lupinus, à Jove enim reverenter non tractato in lupum conversus.

Lycaones populi act. 14.11. ex λύκος, lupus: vid. Plautum in penulo. Lycastus, Arcadiæ pôst R. quia à lupa lactatus, propriis pullis abjectis: Plut.

Lychnus: §.17. Lycophron vates nominatus, quod ænigmaticè καὶ πανέργως scribat quæ luporum est natura: Cœl. l.24. cap.6.

Lycosthenes, lupinum robur, Wolffhart.

Lycurgus, labor lupinus. Lysander, solvens vir sive virum. Lysimachus, Alexandri M. comes, à fera devicta: Justin. l. 15. Lysimachia urbs, à Lysimacho Maced. R. extructa: Stad. in Flor. l.1.c.8.§.17. Justin. l.17.

Macedonicus, L. Æmilius Paulus: item L. Cæcus Metellus: Flor. l.2.c.17. vid. in Coriol.

Macer, crinus, macrus: §.51.

Machæram i. gladium, Ochum Persarum R. truculentum vocârunt, qui præter homines Apim etiam mactavit (taurum Sacrum) & in cœna depastus est cum amicis: plut. in Iside.

Macha-

Machæriones dicti Spartani Anticratis posteri, quòd is machærâ i. gladio Epaminondam Thebanum strenuè in bello confecisset: Cœl.l.13.c.7. inpr. plut. in Agesilao. Machaon, μαχόων, qui pugnare cupit. Macrobius i. Polychronius, longævus. aliàs populi sunt Macrobii, qui 120. annos vixere: vid. Corv.

Macrochir. vid. Longimannus.

Mactici, qui habent magnas malas & os patens.

Mœcenas, vel Mecænas, homo Imp. Augusto in deliciis, erga doctos beneficus, unde alii, ejus similes, idem obtinent nomen viri Romani apud Cic. Epist. lib.6. vel à corporis aliqua nota, vel à vitæ turpitudine.

Magister sententiarum Lombardus dictus, quia sententias ex patrib. collegit, ubi observandum etiam, eum septenarii Sacramentorum numeri mentionem primam fecisse, adeoque Patrum testimonia nulla habere. Magdalena, turris, H. מגדל à גדל magnum esse vide alibi in Magdala.

Magni cognomen Imperatores, Reges principes, docti & ob virtutes, meruerunt plures: ut Alexander Macedo, qui quidem parvæ erat staturæ, ita tamen ob facinora dictus, quæ in ipsa juventa edidit: prout postea etiam Cn. Pompejus: vid. Plut. in Sertorio, & Sabell. lib. 3. enn. 6. ex Plutarchi Pompejo. Mithridates M. Justin. l. 42. Constantinus aliis Magnus, aliis Maximus, ut & Restitutor generis humani, propagator Imperii ditionisque Romanæ, fundator æternæ securitatis & conservator. Cuspin. Carolus ob res gestas, & quia res Christianas valde promovit: P. æmil. lib. 3. Ritius & Sigeb. Aliqui tamen à proceritate

ceritate corporis, quâ cœteros mortales antecelluerit, & facie, & barba, & pectore, & tibiis (quæ etiamnum Aquisgrani cernuntur) cœteris longior fuisse feratur: Cuspin. Otto Imp. à rebus gestis: Car. & Sleid. qui & mirabilia mundi dictus: ib. Arthurus Brit. R. Magnus dictus, quia in 12. præliis manu sua supra 800. Saxones fudit: Hist. Angl. Canutus M. dictus, quia Daniæ simul & Angliæ fuit Monarcha Magnus atque Felix Matthæus Vicecomes Mediol. Iovius in ejus vita Ferdinandus Consalvus ita vocatus: Guicc. l. 2. hist. Mycr. hist. l. 3. §. 1. q. 5. Sic Magni Dii Θεοὶ μεγάλοι, Iupiter, Minerva, Mercurius. Ob eruditionis existimationem Magni adpellati Basilius: ita Gregorius, de quo Iohannes Diaconus in ejus vita l. 2. c. 12. tanta is vigilantia & studio Dominicum gregem pavit, tanta diligentia Episcoporum vitam & doctrinam examinavit, ut ad Apostolorum normam proximè accesserit, & omnes alios Pontifices sequentes, longo intervallo post se reliquerit. Leo I. Pont. propter vitæ sanctitatem numero divorum adscriptus, propter scientiæ magnitudinem Magnus vocatus Sigon. l. 14. Imperii Occid. Ita non minus Gregorius M. Ob præclara & ampla dominia aliqui magni audiunt, ut Moscoviæ, Florentiæ duces: ita Mycræl. hist. Iohannes, Basilii cæci F. qui se universæ Rusiæ principem primus appellavit, ob id nomen Magni sortitus: vide Poldum in Nemauso cap. 18.

Maximos duos populus Rom. dixit, Valerium quòd disidentem ab se Senatum insenatū secum reduxisset: & Fabium Rutilianum, quòd locuple-

tes nonnullos libertinæ ſtirpis inſenatum alle-
ctos, eo ordine moviſſet: Plut in Pompejo: vid. Livium l.9. Scipio quadam æmulatione rogabat Fabium: quî fit, ut in conſervandis duntaxat exercitibus Maximi cognomen indeptus ſis, Ego cum hoſtib.confligendo, Magni, cùm Annibalem comminus, facto prælio devicerim? Reſpondit Fabius, At niſi ego tibi milites conſervâſſem, tu non habuiſſes, quibus cum vinceres: Polyænus l.8. L. Valerius Potitius cùm Volſcos Equoſque ad Algidum magna laude debellâſſet, & triumphus ei negaretur, ſuadente Icilio, triumphavit ſine Senatûs auctoritate, ideoque Maximus dictus: Plut. Hermes Triſmegiſtus nominatus, quòd apud Æg.maximus Philoſophus, Rex & Sacerdos: ibi enim ex Philoſopho Sacerdos, ex Sacerdote Rex creabatur. Alii ſic dictum judicant, quòd primus inter Ethnicos ἐν τριάδι μίαν εἶναι θεότητα ſtatuerit. Yti apud Judæos, ita apud Genteis olim Pontifex erat, Maximus, cujus poteſtas Maxima, unde Pontifices minores Romæ, ſcribæ erant Maximorum, qui faſtos & commentarios ſcribebant. &c.alex. lib.2.c.8. Probè hod. Romanenſes ad uſum hæc revocant.

Mago. in Maſiniſſa.

Malachias Euch. angelus meus. Ang. l. 20. de C.D. c.25. i. q. Malachiel.aliquibus Eſdras cenſetur, ut Rabbinis. vid. Angelus.

Malacinus, Mœcenas dictus, quòd mollioribus veſtimentis uteretur: alex. l. 5.c.18. Malacos h. e. Ephebus, Ariſtodemus vocatus, quòd admodum adoleſcens cum æqualibus, comam adhuc alentibus (quos Coroniſtas à coma appellavere) in

in bellis clarus præſtánſque manu & conſilio. Plut. de virt. mulier.

Malchus h. מֶלֶךְ rex: affinè μαλακὸς, mollis: q.d. regius. Sic Malchus, regius, Porphyrius Philoſophus dictus, natione Syrus. Græca autem doctus ab habitu regio, qui purpura eſt, ἀπὸ τῆς πορφύρας, nomen traxit: Suidas & Eunapius.

Malecadelus i. Rex juſtus: Hot. hiſt. N.T.T. 3.

Maleferiatus Carolus Franc. R. dictus ob ignaviam, cùm ferè nihil ageret: Ritius. l. 1. rer. Franc.

Maleventum & Maleotum: §. 51.

Malici & Bronci Rom. dicti, alteri quòd magnis malis & buccis tumidioribus eſſent, alteri quòd ore ſine labiis naſcerentur: alex. l. 1. c. 9.

Malleolus, hämmerlin.

Malus Ordonius IV. Hiſp. R. cùm non jure regium nomen ſibi arrogâſſet, populóſque non in pace continuiſſet, id cognomen promeruit: Ritius lib. 2. rer. Hiſp.

Mammachuti hiantes & ſtupidi, à Mammachuto inſigni fatuo.

Mamers Oſcorum lingua i.q. Mars & Mavors: inde Mamercus, & Mamertus, Mamertius: kriegeriſch: Martius, Martialis, Marte genitus: vid. in clodius, & alex. l. 5. cap. 4. Mammæa. in Severus. Mamulæ q. papilloſi. alex. l. 1. cap. 9.

Manaem, Manaimus: Carioni Caſtrenſis q. à מחנה: Euch. conſolans q. מְנַחֵם conſolator. In Syr. N. T. מְנַאִיל q. d. vas ſeu inſtrumentum Dei, à מָן ſeu מָנָא i. q. כְּלִי. Manes hæreticus: §. 49. Manius prænomen ejus, qui manè natus: aut hominis cauſa, quaſi bonus: Manum e-

nim antiqui bonum vocabant. Ab hoc multi clari viri orti: Murmel.in Persium vid. §.10.

Manfredus, Mann deß frieds/vir pacis: Meinfridus fortè idem, vel quasi mein fried.

Manilii: in Clodius. Manlius Capitolinus, auctor illustris Manliorum familiæ, quod nomen posterius à Capitolio defenso originem ducit. Manliana imperia, à Manlio Torquato, qui Imperiosus etiam vocatus, quísque filium altæ indolis securi percussit, quòd præter militarem disciplinam in hostem ex provocatione dimicâsset: Sab.lib.6.cap.3. In mar, marus desinentia: §. 31. Malè de his Bodin. Method. p.386. ubi Mar Gothis idem esse contendit, quod Ger. König. Gallis maire: hod.Ger. Meyer. conv. cum Rab. Mar, Marenu: §. 18.

Marcellus quasi martialis, M. Cl. qui Consul Rom. quintùm fuit. Cujus Pater Marcus dictus: Plut. Macellinus, Opilius Macrinus Imp. dictus, cùm macelli specie domus ejus cruentaretur sanguine vernularum: Cuspin.

Mara, amara, adflicta scil. à Domino: Jos.ant. l.5.c.11. Maratonius orator, quòd semper aliquid de pugna Marathonia insereret suis orationibus.

Marcus, qui mense martio natus: Valer. vel à מָרַךְ polivit, tersit: Syr. מַרְקוֹם Sz. excelsus. Euch. excelsus mandato. Marci prænomen quibus ominosum: §.49.

Marcipor. in *publipor*. Mardochai, amarum contusum seu myrrha contrita seu docens contritionem seu myrrha purissima.

Mare

Mareschal, ex Mar, equus, & Schalck / diener / servus. Ger. Schmidt / i.e. pferd diener-knecht.

Margarita, Gr. μαργαρίτης quasi lucens, splendidum. L. Vnio, quia una nonnisi reperitur in concha. G. berlin/perlin/ quasi, beerlin / wie die beerlin an truben: L. bacca. Martha, provocans seu solicita. Sz. provocans Deum. Pasori videtur à מרה amaritudine: vel à Syr. מר i. q. H. רב adeoque esset i. q. Magistra.

Maroboduus G. mehrer Vogt. Cluv.

Martellus, malè Marcellus Martialischer (kriegerischer) stärcke: p. æmil. l. 1. Poldus in Nemauso Martellus à magnis victoriis quasi martellant & rompant tout. De hoc avent. l. 3. Carolus Pipini filius, quòd imperium Francorum, extinctis ubique hostibus, pacâsset, Martelli cognomen meruit, quod linguâ Francâ signum est blandientis, & à & cæde hostium deductum, aliis tamen Gallica est vox, Malleum significans. Confer. Camerar. c. 2. c. 54. Gold. rer. alam. T. 1. p. 224.

Martis filius C. Marius junior dictus, quòd civile bellum feliciter tractavit: Sab. lib. 6. c. 3.

Martinus Turrianus: in Longi.

Masgabas, Masinissæ filii nomen, qui è dilectis August. Imp. congerro fuit, à שגב exaltatus fuit, ὑψηλός, excelsus.

Masinissa, insignis Romanus bellator: Car. l. 2. est remittens tributa, à מַשָּׂא & נסה amovit. Besold. tr. de Nat. pop. c. 12. hoc exemplo atque aliis probat, Punicam Linguam eand. quæ Hebræa, fuisse: ita amilcar Barca dictus, ab H. barak, fulmen: Atherbal, coronatus Dominus, exathe-

ret, corona, thiara; & baal. Hannibal, gratus Dominus. Hanno, gratus. Dido, amabilis. Carthago, a Karath, ſcidit (rectiùs à קרית) aut charchedon, ut Græci loquuntur i. nova civitas, à חדש. Sic Jupiter ammon in Lybia h.e. verax, fidelis. Aſdarbal i. ordinatus Dominus, à ſeder, ordo: quid ſi potiùs baal gratioſus? Mago, ſcutum; verum epitheton regum. Amilcar. ab amal, languidum reddidit, & Karah, civitas, i. e. polycrates, Statt einnemer. Gades à Gadira i. ſepimentum, maceria, murus: G. gatter. Idem ib. Scenæ quædam penuli plautinæ Hebrææ ſunt (ſeu phœniceæ) ut ex editione paræi noviſſima liquet, & poſt Janum, Seldenum de Dîs Syris nuperrimè Sam. Petitus Miſcell. l. 2. c. 1. &c. demonſtravit. Auctores ibi plures vide.

Maſſæ Romæ dicti, quaſi fures: Alex. l. 1. c. 9. à נסה tollere. Mathuſalem. מְתוּשָׁלַח G. μαθυσάλα. Euch. mortem ſuam miſit. meliùs mortem expellens, à מָוֶת mors & שָׁלַח miſit.

A Matribus nobilitas ducitur, §. 47. ab abiiſd. nomina imponuntur: §. 13.

Matthæus. H. מַתַּי i. q. ματθὰι i. e. donatus, & ματθὰτ, מַתַּת donum: Matthias: vid. Adeodatus, Deodatus. Sic Mattatias & ματταθὶα i. q. Matthias, θεόδωρος, Nathanael, Jonathan, Theoretus, Theodorus, Theodoſius, Diodorus, Dorothea. &c. chemn. in Harm. c. 50. Matthæus Apoſtolus quaſi, datus, donatus; unde & Levi dictus quaſi accommodatus, adhærens Domino: quod poſtremum in hiſtoria Macchabæorum videtur redditum eſſe Δοσίθεος. &c.

Maul-

Maulťäſch dicta Margretha Carinthiæ duciſſa, wegen der unzier ihres mauls: Roo in hiſtor. domus Auſtr. Maurus, Ludov. Sfortia, dux Inſubr. quòd fuſco eſſet colore: Guicc. l. 3.

Maximilianus Imp. ex nomine Fabii Maximi & æmilio, fortib. Rom. duc. Gebuil. in domo Auſtr. l. 3. c. 6. Mecænas: vid. Mæcenas: & §. 13.

Megabyzi, Dianæ ſacerdotes, à Megabyzo ejus ſacerdote Eunucho: Plin. l. 15. H. N.

Megara, Hiſp. dux, G. Meyer.

Megitus. §. 17. Megiſtanes: ib.

Megaſthenes, magnipotens, magnum robur. Malè annio Viterb. Metaſthenes.

Melampus, vates, poeta & medicus, quòd nigris fuit pedibus ſeu ſole ob fuſcatis: Theocr. interpr. in 3. Eidyll.

Melampygus: Apygus. Melanchlæi, ſcythis finitimi, quia omnes indumenta nigra gerunt: Herod. l. 4. Melanchthon, Schwartzerd.

Melander, Schwartzmann. Melanthus, niger.

Mel-atticum, in Chryſoſt.

μελεὰ, vulgata Melcha, malè. à r. מָלֵא plenus fuit: unde Gr. μάλα. itaque quaſi plenus, abundans. Melchi, מַלְכִּי rex meus. Melchiſedek, rex meus juſtitiæ. Meleſigenes, à Melete fl. ubi in lucem editus: poſteà Homerus dictus.

Melibœus, ὧ μέλουσι οἱ βόες, quòd boves curet paſtor: vid. Verg. Ecl. 7. βοῦς, bos, ochs/ à βόω, paſco, βόσκω, βοάω, omnia à ſono.

Melicertes, Simonides poeta, à cantûs ſuavitate. Melicerta: §. 25. Meligloſſus, phthongus, ælianus Italus, à linguæ & vocis ſuavitate: Suid.

μέλιττα, τῆς i. apis, Sophocles, propter dulcedinem sermonis: Gyral.d.7.

Melissa, sacerdotes Cybeles, à cujus nomine cœteræ etiam sacerdotes vocatæ: alex.l.2.c.8.

Mellicola (aliàs Gargoris) in Hispaniæ parte R. à mellis colligendi arte inventa: Mycr.lib.2. §.2.q.23. Mellona. §. 8.

Μελῳδὸς, Damascenus, ob musicæ peritiam: Hot. hist. T. 1. Memmii: in Clodius.

Mercurii F. creditus Æthalis seu Æthalides, propter eloquentiam: Val. Fl.lib.1.

Mero: in caldius. Merodach מְרֹדַךְ amara contritio: Esaj.50.2. commune ferè Babylon. regum nomen, Esaj. 39.1. Esd.1.2. Ben-Merodach, filius Merodach, primi Bab.regis.

Messala: hîc §. 51. Valerius Corvinus à Messana urbe devicta, vulgo permutante literas. Est autem Siciliæ op. Zancle antea dictum, hodie vulgò Messina. Ita P.Servilius dictus Isauricus, à domita Isauria. Fabius Allobrox. Gabinus II. Caucius, ex Caucis Germanica gente. Brutus Callecus, à Callecis Hispanis. Cossus Getulicus, à Getulis. Mesullam: in Resa.

Metelli ap.Rom.§.13. Metretes, Xenarchus Rhodius, ex polyposia, seu bibacitate: Cœl.l.24. c.6.vid.§.17. & 51. Micislaus, seu Miesko, cæcus natus, mirabiliter visum recepit, primus Christianus in Polonia Rex: Mycr.

Mieczissai, quasi gloriam ense paraturus: Læt.

Micyllus: §.17, Milto, aspasia phocensis dicta, propter roseum cutis colorem: Cyri R. postea uxor: æl.lib.12.

Miris (post suffocatum Pharaonem regnavit) acer-

acerbus, crudelis. Mirabilia mundi Otto III. dictus, ob reconditam prudentiam: Orat. Jun. T.I. Sleid de IV. Mon. Cuspin. Sic Otto I. amor mundi. Miramamolim, nomen Turcici præfecti i. e. Credentium princeps. Mycr. lib. 3. §. 9. in mirus desin. §. 31. Μισάνθρωπος, in σκοτεινός.

Μισογέλας, Euripides, quia tristior naturâ & severior: Gell. l. 15. c. 20.

Μισογύνης, isd. Euripides quia mulierum osor. Suidas.

Mithridates, מתרדת Μιθριδάτης: solvens seu removens seu transferens legem: vid. Greg. Lex. §. 774. Mizpa: in abenesra.

Μνάσων & Μνήσων, hortator: à μνάω, in memoriam revoco. Mnemon artax, pers. R. quòd memoria valeret: alex. l. 2. c. 11. hîc §. 17.

Mœnicaptus, Livio, mansshaupt/menschenkopf.

Molitor, Müller.

Monocerus, μονόκερος Craterus dictus, quòd corniculum unum haberet in galea, ex ære, vel ferro expressum. Ita cristæ in galeis, quia cornicula ejusmodi referebant, cornicularii dicti, qui eas gestabant. Inde Plautinæ Comœdiæ nomen Cornicularia, in qua miles corniculis insignem galeam gestans, traducebatur: vid. Varr. l. 4. LL. de cornu. Eandem ob rationem Cares ἀλεκτρυόνες, galli gallinacei vocati. Plura de Corniculis Rupert. in Valer. Max. l. 6. c. 1.

Monogrammi vocantur tenues, macri & decolores. A pictura, quæ priusquam coloribus corporetur, lineis fingitur.

Monophtalmus, monoculus, acacius dictus i. q. Coclites: Volat. l. 13. c. 3. vid. Cyclops. Horatio

illi, qui Thuſcorum copias detinuit, quòd alterum in bello amiſit oculum, Coclitis nomen fuit: quamvis, quòd eſſet unoculus, Cyclopem, mox lapſa conſuetudine, Coclitem appellatum ferant.

In morbis nomen mutare: §.21.

Moroſus, Hippodamus, ob ambitionem: Ariſt. lib.2. polit. Morpheus, à μορφὴ, filius aut miniſter ſomni, varias formas & viſiones dormientibus inducens. Mors pallida, inſanguinar.

Morzeikus, perſa, à רזק cibavit, ſuſtentavit, portionem dedit, quia docuit Deum poſuiſſe dona ſua in terra, ut æqualiter inter homines dividerentur. Hot. hiſt. Or. l. 1. c. 3.

Muazzuddaula, confirmans imperium ſeu nobilitatem: idem hiſt. N. T. T. 1. c. 10.

Muhammed, deſiderabilis, à חמד quæ alia habeat epitheta vid. Olear. in Saadi: præf. E. IV.

Muliebria nomina Ger. §.27. Murcula: §.10.

Muræna L. quia majores ejus piſcatores fuerunt. G. μύραινα. L. fluta, item Lampetra, à lambendis petris. Alex. Muræna & oratæ, vel quòd piſcium ejus generis vivaria quàm ampliſsima haberent magno fœnore, vel quòd eo edulio præcipuè veſcerentur. Alii verò Murænam à nervoſo corpore, ſicut Nervam à fortitudine denominari dicunt. Muranus: in Sylvius.

Murathes i. q. ἱμέρσιμος, Deſiderius: Camerar. operibus ſubc. c. 1. c. 88.

Murzufli, Imp. Alexius, ob conjuncta ſupercilia, & velut oculis imminentia dictus. Nicetes.

Muſa attica, Xenophon vid. Cor.

Muſculus: Meüßlin. Mutatio nominum: à §.21. ne fiat temerè: §.48.

Mu-

Mutia, in quadrans. Mutia prata, in Scævola.

Mycerinus, æg. R. Herod. Cerinus. Diodoro i. q. ordinator. quid si à cornu?

Myconius, Geißhäuser. Myconii i. q. Calvi, quia populi illi sine capillo gignuntur: Plin. l. 11. c. 37. Strab. l. 10. Myops, qui parum in luce videt: L. lusciosus. Mysus in Davus.

Myxos, Dianæ sacerdos, immodicus præco & ostentator nominis sui: hinc ita dicuntur, qui eum imitantur. Nabal i. stultus. Nacht in Noe.

Nævus, à corporis macula: Cic. l. 1. de Nat. D.

Naggai, Nagge, illuminans, à נגה splenduit.

Nagid artaxad, princeps magnus sanctus.

Narcissus, νάρκισσος, nomen herbæ, quòd à νάρκη, torpor, sic dicta, quòd odore suo torporem afflare & adferre soleat. Igitur præsens nomen vel à simili, vel κατ' ἀντίφρασιν.

Namphanio, vel Nomph. martyr in africa i. q. bonus eventus, pulcher aspectus: Aug. ep. 43. à נעם & פנים i. q. Calixtus, κάλλιστος, Bonaventura, Benevenius: Reines. de Pœnor. ling. cap. 8. §. 10. martyrol. R. 4. Jul. ubi alii martyrii socii ejusd. Linguæ.

Nasi: §. 18. Nasica: §. 51. ab obuncis naribus. Nasones, à naso magno: vide varus.

Natura, gnatura. in Cnæus.

Nauclerus: fergger. Naumachus Themistocles vocatus, ex navalis belli victoria: Cœl. l. 14. 12. Naziruddaula, adjuvans nobilitatem seu imperium: Hot. in N. T. T. 1. c. 11.

Nazianzenus à Nazianzo, circa Cappadociam: in vita ejus & corv Nehemias. Dei, seu Divinum solatium. Nehurai i. q. sapientum oculos

los

los illuminat, dictus R. Eliezer fil. Erech: item secundùm quosd. Hakkalir i. placentarius, quia placentis delectabatur. Νεῖκος, in Eunice.

Neoptolemos, cognomentum Pyrrhi fuit, quòd admodum adolescens primum tyrocinium in bello Trojano posuit: Gold. rer. alam. T. 1.

Nepotes Romani dicti, qui attritis facultatibus, vino, aleâ & scortis, patrimonium exhausere: alex. lib. 1. cap. 9.

Nero, Νέρων L. virtus, robur: vide Claudius. Nerones lingua Sabina strenuos & fortes appellat. Tranq. & S. Aur. Victor: item alex. l. 1. c. 9. Gell. lib. 13. c. 22. Romæ ex claudiorum familia, qui erat egregia & præstanti fortitudine, Nero appellatus; fortè à Gr. qui νεῦρα vocant membrorum tendines. Bonifacius XII. P. sua tyrannide idem obtinuit nomen.

Nerva in Muræna. & §. 51. à fortitudine Nervorum. Nicanor i. q. Nicander: virorum victor, vid. §. 17. Nicephorus, qui victoriam reportat: P. æmil. l. 3. Nicylla: §. 17.

Nicolaus, victor populi; act. 6. 5. hinc Nicolaitæ: apoc. 2. 6. promiscuam libidinem probantes: vid. Eus. hist. l. 3. c. 26. Nicolaus i. q. Nicodemus ex νίκη, & δῆμος; quidam tamen ex נָקִי innocens & דם sanguis. Nigidius: §. 51.

(Melik) Nimrus, pers. Rex, qui non ultra diem dimidium regnavit, à Nim, dimidium, & rus, dies: oleat. in Saad. l. 30. 27.

Nimrod quibusd. Ninus dicitur: rebellis rectius, quàm amarus dominator prius redditur.

Niveam, ἀργυρόπεζαν & formosam faciunt poetæ Thetidam maris Deam, quòd perpetuis aquis abluatur. Nobiles quidam: §. 40.

Noah, Noachus, Noe. Nῶε. requies. aret. quòd quies terræ daretur. H. נח r. נוח inde נחת quies, G. nacht/ quia quieti destinata nax. Ratio etymi Genes. 5. 29. redditur, quia consolabitur nos i. e. quietem præstabit ab istis gigantibus, & à miserabili hujus mundi vanitate. Videtur certè Lamechus Noachum pro Messia habuisse: vide chemn. Harm. cap. 56. quanquam Deus ad diluvium respexit. Noah dictus Ogus, Ogyges (ab חגג) Deucalion, Janus, proteus, Vertumnus, Prometheus, Cadmus: Priscus item, ὤγυιος. Magus etiam, ab ead. rad. quasi מחוגה מגוש quod secunda acceptione quoque significat veneficum: Reines. l. all. k. 2. Berosus Noæ uxorem fuisse dicit Tideam magnam, Semi Pandoram, Japheti Noelam, chami Noeglam. Atqui vocabula isthæc Græcum solum sapiunt, 150. annis demum post diluvium exortum. Noæ uxor fuit mundi postdiluviani τιτὴ μεγάλη magna nutrix & mater, nisi à טיט luto seu terra deduxeris. &c. vid. Greg. Lex. præf. pag. 50.

Noctua: vid. Nycteris.

Nominis etymologia & polysimia: §. 5. initio nulla prænomina & cognom. §. 8. nomina prohibita, infamia, infausta: §. 19. infelicia, ominosa, vetita &c. §. 37. nominum impositio: à §. 42. an illis vis insit: §. 43. à quibus imposita: §. 47. & quando ib.: non facilè mutanda: §. 48. id Judæi in morbis facere solent: §. 21. alii idem variis occasionibus: ib. & §. 22. Pontificii monasterium ingressuri: §. 23. nomen Gentile Germani malè mutant: §. 28. ficta nomina: §. 49. nomina non semper respondent factis: §. 49.

nomi-

nominalia, festum: §.47. unde sumantur nomina: §.51. hæc nominum consideratio magni res momenti: §.46. nomen immortale quid pariat: §.41. in alias linguas non transferenda: §. 6.

Nona seu Nondina Dea: §. 47. Nonius, Septimius, Octacilius. &c. à numero genituræ: Alex.l.5.c.4. Notaricon. §. 22.

Nothus Darius dictus, Xerxis fil. spurius.

Numa Pompilius à נאם quasi vates. respondet fortè Numitor.

Νοῦς, anaxagoras Clazom. vel ob physiologiæ admirabilem scientiam, vel quia rerum exordiis non fortunam, non necessitatem, sed mentem efficientem adjecerit, καθαρὸν καὶ ἄκρατον i. e. sinceram & impermixtam, mixtis omnibus homoeomias dispertientem. Cœl. l. 9.c.5.

Numejus, Neümen.

Numerius. hoc prænomine usa est gens Fabia, idcirco quòd 306. apud Cremeram fl. cæsis, qui unus ex ea stirpe extiterat, ducta in matrimonium uxore filia Numerii Otacilii Maleventani, sub eo pacto, ut quem primum filium sustulisset, ei materni avi prænomen imponeret: Val. Max. Numantinus: C.Marcius: Flor.l. 1. c. 11. & Scipio: vid.Africanus.

Numidicus: Metellus, à Jugurtha Numidiæ R. devicto. vid.Coriol. Nundina Dea: §.47.

Nyctilopes: qui vident interdiu, sole occidente parum, occasu nihil.

Nycteris, noctua; chærephon tragicus, propter nocturnas lucubrationes: item πύξινος, buxinus, ob pallorem: Eras. in adag.

Nymphas, νυμφᾶς, sponsus. r. νύμφη, quasi νέον φαίνεσθαι.

Hyber-

Hybernici primarii seu proceres nomina sua ab O. ferè exordiuntur: ut O-Carolus: O-Rorcius: O-Morus. &c. Mycræl. hist.l.3.§.4.

Obed, עוֹבֵד Ruth.4.17. servus. Jos. ant. l. 5. c. 11. quia matri seni auxilio & solatio erat futurus. P. cultor Dei, & sic i. q. Obadias, abdias.

Oblias, ὠβλίας, Jacobus frater Domini, malè Eusebio pro Ozliam, quod munitio populi, dicitur: ex עז & ל dativi nota, item עם populus. Idem Zaddik etiam vocatus, ob eximiam justitiam, pietatem & juges preces ac vota fusa, pro incolumitate populi: Full.l.3. cap. 1.

Obstipi, qui brevi sunt collo quibusque colla in humerum inclinant: Suet. in Tib.

Ochus apud Laert. Philosophus, phœnix: rectiùs Ogus: ab הָגָה meditari, uti Sophus à צָפָה speculari. Hinc phœnices authore Cadmo, pallada sapientiæ & artium præsidem, nominant Hogam, Hoggam, Ogam, Ongam, ὄγκαν. Inde Ogyges. &c. qui ipsissimus Noah. Fortè à גָאָה: ineptè ab ὀίγειν seu ἀνοίγειν: vid. Jos.l.1. ἀρχ. c.11. ad ὠγύγης. Reines. de ling. phœn.k.2. vid. Noah. Ogus, rex Basan: Deut.3.12. quasi altus, excelsus, à גאה quia ex reliquiis gigantum: Jos.12. & 13. inde L. gigas, γίγας.

Octavia gens, ex Velitris op. ubi pars ejus præcipua, vicus Octavius dicta: Suet.

Odillus, Bavar. R. q. Göttlich.

Odoacer, Gottes-acker: Bull.hist.T.1. öd acker/ omnia vastans. Herulorum R. circa an.476. vid. Corv. Oecolampadius, Haußschein.

Oedipus, ἀπὸ τοῦ οἰδήματος τῶν ποδῶν, à tumore pedum:

pedum: quia Lajus pater trajecto ferro ejus pedibus exposuit per ministros: Sab. l. 7. en. 1. §. 3. q. 16. vid. Corv.

Oilycos. Theras, antesiois F. in Callistam insulam navigans, quæ inde ab eo Theros dicta, filio suo unà navigare renuenti dixit, Relinquam ergo ovem lupo, unde nomen adolescenti: Herod. Herod. lib. 4.

Okerharim i. transferens montes, dictus Rabba bar Nachmon, ob eximiam eruditionem & subtilitatem. In old. desin §. 36.

Ὀλολυγμὸν Græci vocabant seu scurræ attici, si quis prodire in publicum candidatus consuesset q. d. perpetuò sacrificantem: Rupert. in Valer. Max. l. 8. c. 15. §. Olten / Oldenburg: in Habspurg. Olympius, plericles athen. propter summam eloquentiam, qua fulgurare & tonitrua ciere videbatur: Plut. in ejus vita: vid. §. 17.

Omniscius, Baldus, quòd nihil in jure ignoraret. Onesimus, ὀνήσιμος, ab ὀνημι, juvo, prosum: utilis, ut ἀχρῆπς, χρήσιμ☉. ὄνομα: vide nomen. ὀνομαθηρήτης: §. 71 onomastica: §. 11.

Opiter, qui patre mortuo, avo vivo gignebatur, q. qui post obitum patris genitus, aut qui ob patrem avum habeat. Valer. & Festus.

Ophrea, aliàs Apryes חָפְרַע Jerem. 44. 30. à חָפָה operuit & רַע malum: quasi operimentum iniqui, schalcksdeckel. Oporinus, Herbst.

Optimus, Trajanus dictus: Suet. Dion & Xiphil. Dacicus, cùm Decebalum, Dacorum Regem cum exercitu fugâsset. Idem cùm Armeno Parthósque Ramano subjecisset imperio, Optimus à Senatu

à Senatu cognominatus est. Adhæc Nisibi Barnisque captis Parthicus dictus. Ex omnibus tamen cognomen Optimi jure prætulit. Id nominis in uno Scipione Nasica Plinius admiratur: Cœl.l.24.c.6. Oratæ in Muræna.

Orestes denotat naturam agrestem, montanam: ab ὄρος. Ejus cadaver, secundùm Solinum, Cubitorum VII. fuit: Manic. in Juven.

Oribasius, qui montibus delectatur, non verò domi semper affixus hæret.

Origenes junior, dictus Pierius presbyter Alexandr. ob eruditionem: Hier.

Ortago: Livio hertwig. Hortiag, Hertzog.

Orus æg. R. quasi lumen, quia præcipuè doctrinas monstrâsse dicitur. H. אור.

Os porci: §.23. Osricus, angl.R. Ochsenreich / der vil ochsen hat.

Otbertus, Gotteswerth / hinc & Theobertus dictus, is qui primus austriaco nomine usus: ita Eudo, Odo, Otto.

Otgarus, Ottischgar i. totus Ottinianus seu Ottoni Imperatori addictus, cùm eidem antea adversatus fuisset. Id nomen alii etiam quidam sequentes accepere: Dubrav. l.15.seq. Alii Ottocarum à Saxonib. dictum testantur, quòd Ottoni IV. Imp. carus esset: Mycr. confer. Corv.

Otto: in Hadvv. Ovicula in Cunctator.

οὐρανός. §. 7. Oxyrrhines: qui naso sunt acuto: vid. Camerar. comment.p.112.

Oypete, una harpyiarum, ab ὠκύς, celer, & πέτομαι, vólito. Ozlias, in oblias.

Pacatus i. q. Irenæus.

Pacificator & Patriæ decus, Borsius Atestinus,

N ab

ab ingenio & studio: quo titulo moneta aurea Ferrariæ signata: Jovius in Alphonso.

Pædariogeron, Macarius æg. Monachus, ob religiosam gravitatem etiamnum puer: Soz. l. 6. cap. 29.

Pæon, is: παιών, ῶνος: aliàs i.q.r. παιάν, hymnus in Apollinis laudem: item ipse Apollo: q. παυάν. vel à παύειν τὰς ἀνίας, vel ἀπὸ τοῦ παίειν, à feriendo. Est enim metricus pes, fortè quód in tali hymno usitatus. Item medici celebris nomen, à quo herba inventa est denominata, peonien/ παιονία.

Pæti, ut strabones & cæci ex oculorum vitio nomen habent: tametsi pætos habere oculos, laudi plerunque datum sit: sunt enim ad lasciviam proniores: sicut Licinii & Limi, alteri quòd parvis ocellis nascerentur, alteri quòd limis oculis intuerentur: vid. Plin. l. 11. c. 45. inpr. Alex. l. 1. c. 9. Varia ex oculis nomina desumta recenset Camerar. Comment. p. 71. seq. Strabo, στραβῶν & στραβός. εὐόφθαλμος oculatus & honestus. ὀξυωπὴς, acutè cernens. i. q. ὀξυδερκής. γλαυκῶπις, cæsia. βοῶπις, grandibus oculis. Κυνώπης, impudens. ἑλικώπιδες poetis sunt puellæ, vel nigris, vel mobilibus lasciviendo oculis. Κυανῶπις, nigellis oculis. Ῥοδῶπις, Rhodope, nomen proprium apud Herod. conservæ Æsopi. εὐῶπις, honestis oculis. ἀμβλυωπία, obtusus seu hebes visus &c. Pætusi: in frontones.

Palici, Thaliæ Nymphæ infantes, à πάλιν ἵκεσθαι, quia priùs in terram imersi seu absorpti cum matre prægnante, postea reversi seu ejecti, cùm partûs tempus adfuisset: Macrob. 5. Satur. c. 19.

Pam-

Pamphilus, πάμφιλ@, omnibus charus & amicus, quemque amans, totus amicus. Eusebius Pamphili, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, amoris ergo nomen assumsit Pamphili, Cæsar. Ecclesiæ presbyteri, martyrio coronati. Eus. l.3.

Pandora, sonat πάντα δῶρα, omnia dona; ita Semi uxorem vocârunt Conf. Corv.

Pantomimi erant omnium personarum imitatores & effictores. itaque Mimi imitatores sunt: dicuntur tamen etiam poemata sine reverentia lasciviam imitantia. Παντόπης. in argus.

Pansa: §.13. & 51. vid. Plancus.

Pansophos, Palamedes, propter omnium rerum cognitionem: Gyrald.

Papæ nomina mutant: §.23.

Papa fava, Jacobinus dictus, ob avidè devoratas fabas in pueritia. Quod cognomen deinceps illa familia retinuit. Carrariense, uti inauspicatum & odiosum detestata. Patavii etiamnum & opibus & viribus florens: Bern. Scard. l.3. cl. hist. Patav. Parapinacius, Michael Imp. dictus, à fame, quæ sub eo invaluit: Mycr. l.2. §. 4. q. 25. ex Egnat.

Parmeno: §. 49. Parmenas, παρμενᾶς: act. 6.5. permanens, à παραμένω seu sync. παρμένω.

παῤῥησιαστής, parrhesiastes, Democharus vocatus, ob linguam procacem: Alex. l.2. 11. §. 17.

Parthenius, vid. Virgo. Ita Vergilius dictus, quia pudicus magis, quàm fortè alii poetæ: VVillich. in Bucol. Parthicus nomen multorum Imp. ut Trajani: Suet. Severi: æl. Spart. vid. Africus. Pascha: §.29. Pasco. in Melibœus.

Pasiphila, meretrix Milesia. quasi omnibus

 chara,

chara, aliàs Plangon dicta: Athen. lib. 13. c. 23.

Pastorelli, colluvies Hispan. prædatorum, Galliæ molesti, ex pastorib. præcipuè constans.

Pater: Q. Fabius Max. Dictator à Minutio vocatus, à legionibus Patronus: Valer. l. 5. c. 2. Pater patriæ, Quiritum primus Cicero dictus: dein Augustus, in vivis adhuc, propter benemerita. item Trajanus, ut Victor habet in vita ejus. Quin & Cæsaribus postremò ambitione magis, quàm verè adoptatum: Sabel, l. 6. c. 3. Claudius pater Senatûs dictus: Zuing. v. 3. l. 3. ex Cuspin. Bernardus Monachus Pater patriæ nominatus: vid. Sigon. lib. 11. regni Ital. Cosmus Medices moriens ita vocatus decreto Florentinorum publico, ac marmoreo ejus tumulo inscriptum nomen in æternam memoriam: Jovius in Leone l. 1.

Patriæ decus: in pacific. patriæ terminus: §. 14.

Patres errârunt in lingua Hebr. & Gr. §. 29.

Patriarchæ: §. 16. Patrini, Gevatter: §. 42.

Patroni Dii: . 21 §. 25. Patronymica: §. 16.

πατρόβας, qui paternis insistit vestigiis, à βὰς, qui incessit. Paulus, mirabilis seu requies. Pasor Latinum nomen facit i. q. pusillus. ita Corn. à Lap. à parva statura.

Peccatores se in subscriptionibus sæpe vocabant olim Episcopi: unde Gr. ἁμαρτωλοὶ: humilitatis causâ: hinc Isidorus peccator: Marca lib. 3. cap. 5. §. 2. Pendagronius, Rex Brit. præcessor Arthuri, quia in bello draconem sibi præferri voluit: credo ex Fändlin & drack.

Pelagius quasi marigena. G. Meermann. jure, quia horrendum monstrum fuit. Olim Morgan: Vsser. antiq. Brit. pag. 207.

Pelar-

Pelargus i. Ciconia: Varro Sophista, à nasi forma dictus: alex.l.2.c.11. vid.§.17.

Peleg, à פלג divisit, filius Heberi: quia tempore confusionis Linguarum, scil. an. mundi 1757. natus. Pellicanus, Kürsner.

Penelopes dicta, quia in mare projecta à penelopibus avibus servata: prius arnea vocata.

Pentheus, in trag. Eurip. à futuro luctu.

Penula: in Centenius.

Perfectissimus: §.38. Pergula: §.51.

Periates dictus Niger (cui Judæa tempore belli Judaici gubernanda fuit commissa) quia inde oriundus: Jos. b.l.c.42.

Patritius, natione Hibernus, prius Sucat dictus, S. Martini ex sorore nepos, & tandem discipulus, à Cœlestino P. ad convertendos Hibernos, suos conterraneos, missus, Patritii nomen accepit, quasi Pater suorum: hist. Irland. l.4.c.8.

Periclides, περικλεής, valde gloriosus, valde celebris. Peripateticus dictus Aristoteles, & ab eo omnes sequaces.

Perleones, ex Petrus, & Leo: Petrus filius Leonis, comites montis aventini Romæ. de Roo. in domo Austr. Perpenna videtur is dici, qui larido deditus: quo nomine caro intelligitur salsa, Macrobio tradente: Cœl.l.24.cap.6.

Pertinax Helvius dictus, quòd repugnans & coactus imperavit: idem ob fortunæ ludibria Pila fortunæ dictus: S.Aur. Victor. Julio Capitolino Pertinax audit, quòd pertinaciter lignariam negotiationem exerceret: Volat.l.23. ex Herodiano.

Petauri, homines agiles, qui per circulos se

immittunt, nascuntúrque sub Delphine: quales sunt histriones, funambuli. P.

Petus. in Seleucus. Phacas Diosc. Medicus, propter nigras in facie maculas: Suid. quasi φακωλὸς, lenticulatus. r. φακὸς, lens cruda.

Phædrus. i. hilaris. φαιδρῶς, splendidè nitidè: vid. in Plato. & Corv. Phædria: §. 49.

Phago miles, à mira voracitate: vid. Læt. hist. pag. 115. & Corvin.

Phare (a) mundus, corruptè Dioni Phrasmundus: i. q. VVaremundus: Car. l. 4. Corn. à Lap. etiam Framundus, à venustateoris: quasi frey-mund. Pharo: §. 24. Alcorano dicitur vir paxillorum, ob duritiem cordis. Anal. Hot.

à φίλος orta alibi vide. Philadelphes. §. 17.

Philargyrus, servi nomen: Cic. Ep. l. 6. avarus, amator pecuniæ.

Philemon, φιλήμων, deosculans. r. φιλέω.

Philetus, φιλητὸς: dilectus. i. q. πεφιλημένος. Philetas Ægyptii latrones vocant, quia blandiuntur eis, quos occidere tentant: Sen. Ep. 51.

Philetærus, amicorum amans. Philetichus, morum amator. Philinus. §. 17. philinna. ib.

Philippus: Euch. os lampadarum: at malè Heb. nomen statuitur: vid. Chemn. Harm. c. 50. Hot. anal. T. 1. Rectiùs ergo amator equorum redditur. Arab. פיליקוס phailakus, ubi ex prava consuetudine confusio literarum notanda פ & ק. Hot. hist. ar. l. 1. c. 3. Philo: §. 17.

Philobiblus Richardus Episcopus dictus quia egregiam Bibliothecam pro studiosis instituit.

Philobotrys: in philoxenus. philomelus, ib.

Philosophus, Leo Imp. Gr. à studio. item M. Anto-

Antoninus, qui & Verus, ob insignem eruditionem & studium : Dion in ejus vita.

Philosycon : Plato dictus, quòd ficubus gaudebat.

Φιλόξεν@, hospitalis. Philichthys, qui amat pisces. philobotrys, qui uvis delectatur. ita Philippus Macedo & ejus F. Alexander Philomeli vocantur à pomis, quæ avidè esitabant. Rhetor Calimedon Carabi cognomen assecutus, quòd eo piscis genere insigniter delectaretur : idem ὀψοφαγίᾳ præcipuè celebratus : Cæl. L. 13. c. 25. ex Athenæi lib. 7. cap. 1. vid. Corv.

Philyram se vocavit Jo. Tilius Briocensis, ad invidiam suorum declinandam, quando edidit Caroli M. quatuor libros de imaginibus : φιλυρὰ quidpe tilia arbor, G. Tillet : Dallæ. de usu Patrum : pag. 109.

Φιλύριν@ ab Aristoph. Cinesias poeta dictus, procero quidem, sed tam gracili corpore, ut corticib. arborum se circumcinxerit, ne inflecteretur : Eras. in adag.

Phintias, φιντίας, amasius, amator. fœm. φιντὶς à φιλεῖσθαι. φιλτὸς amabilis, unde φίλτρον, amatorium. ita Siculi loquebantur pro φιλτίας : ita φίντατος pro φίλτατ@.

Phlegon ardens. r. φλέγω. Phocais ilias, in Homerus. Phrygia. in Davus. Phrygibus familiare proprios vendere filios, ut redemti tandem ad omnia aptiores essent.

Phrynæ, Mnesaretæ meretrici cognomen, palloris causâ : Plut.

Phul Belochus, Car. Eversor vastans. à פול ruina. Huic successit phulassar, eversor Assyrius :

2.Reg.15.19. dicitur Tiglat-Philassar, seu à traductione Israelitarum in exilium, seu ab ipsa Galilæa, qui ea primus potitus est, & tribum Nephthali in Assyriam abduxit: Conf. Greg.§.292. & 628. תִּגְלַת פִּלְסֶר captivitatem miraculosam ligans, vel auferens, vel transmigrare faciens: 1.Chron.5.6. תִּגְלַת פִּלְנֶסֶר: vid. eund. 495. & 294. Galilæi i. q. migratores.

Phygellus videtur à φεύγω, fugio: P.

Phylarchi: §.16. Physca: §.51.

Pictores, fabia gens dicta, quia princeps ejus cognominis Salutis ædem pinxit: A. urbis 450. plin. l.35.cap.4. Pila fortunæ. in Pertinax.

Pilatus. Euch. os malleatoris. Pasori Latinum nomen pilo seu telo armatus. pilum quidpe i. q. telum, sagitta, vel potiùs jaculum. Pilus verò crinis: vid. Corv. Legenda aurea ridiculè dicit Pilatum dictum à matre Pila, & à patre Atus: Pontius verò, quia judex missus in insulam Pontianam. Rectiùs Vives: Pontius nomen, Pilatus cognomen. Pontius verò à ponte, quod nomen adhuc in Burgundia usitatum, Lugdunensis enim erat.

Pilumni hic §.44. qui pilum pistrinis invenerunt. Pinarius. in Clodius.

Pipinus ex Austria profectus, & Childerico Francorum Rege ad Theodoricum fugato prætorio præfectus, pusilli cognomen à brevitate corporis habuit: Ritius l.1. de Franc. R. Joh. Herold. quasi Bubkin h. e. puerulum dici suspicatur, alii à pipen i. deosculari derivant. Corv.

de Pirmont, Comites, h. e. de ignito monte: nam

nam cùm tempore VVidekindi transalpini populi rebellâssent contra Carolum M. ad 10000. in Flandriam transportavit, eò autem Gallicos nobiles reposuit, unde hæc adhuc familia. Conv. πῦρ, feür/ fyr: Gal. Feu. Piscator, fischer.

Pisones à pisis: vid. Plin. l. 18. 3. & hîc §. 13. à parsimonia vivendi dicta hæc familia, & optimis eorum morib. in omni vita. Pisoni Crassipedi filiam locavit Cicero. Crassipes a. dictus, à pedum crassitudine.

Pistor, pistorius, beck/ panifex.

Pii plures dicti. Antiochus Syriæ R. causam vid. apud Plut. in regum Apophth. inpr. Jos. ant. l. 13. c. 13. Q. Metellus, quòd patrem assiduis precib. & lacrimis ab exilio revocavit: Volat. lib. 17. M. Antoninus, quòd à pernicie servavit, quos Adrianus morti destinaverat. alii, quòd Adrianum defunctum pientissima memoriâ sit prosecutus, templúmque illi construxerit, & magnos sumtus in honorem ejus fecerit. item quòd Adrianum se interficere volentem inhibuerit, vel certè, quòd naturâ pius & clemens fuit: Ex Dione Sabell. l. 4. c. 7. & æl. Spart. æl. Verus. Egnat. Ludovicus Imp. Caroli M. F. à clementia & pietate hoc nominis consecutus Egn. Sigon. l. 4. regni Ital. Henricus II. Sleidan. Georgius Marchio Brandeb. quòd in confessione Augustana edenda, malle se vitam profundere dixerat, quàm veritatem abjurare: Mycr.

Plagosus, Orbilius beneventanus, qui ludimagister Romæ, ob magnam in discipulos severitatem, unde & Vulnerarius.

Plancus. vide §. 13. Romani à corporis vitiis

varia habuere cognomina: à pedibus planci, à planitie plantæ seu à planis pedibus. Plauti & ploti, quòd supra modum pedibus planis essent, Sex. Pomp. teste. Pansæ à latitudine. à cruribus Vari, vatiæ, vatinii, valgi, scauri, quòd varias haberent suras, aut crura intorta, aut præeminentes talos: Plin. lib. 11. c. 45. De iisd. alex. l. 1. c. 11. ubi planci & pansæ à vola pedum. Alia corporis vitia, unde nomina orta vid. Theatr. Zuingg. v. 3. l. 3. vid. Corv. in voce.

Plato, πλάτων: antè ex avi paterni nomine Aristocles dictus: videsis Corv. alios. Plato ab altis humeris: al. à frontis latitudine, al. ob latitudinem pectoris, vel orationis certè amplitudinem: Volat. l. 18. in ejus vita. Certè ἀπὸ τῆς πλατύτητ@ denominatus, id quòd ad singula referri queat. Isdem Plato, omnium quotquot sunt, Philosophorum sanctissimus, ut & divinus audit, ob artem & sobrietatem: Volat. l. all. Idem libros suos de magistrorum suorum nominibus inscripsit, qui illos tantùm docentes introducit, unde Thimeus, Phædrus, Pythagoras &c.

Plato minor, Eratosthenes Cyrenæus, ob doctrinæ excellentiam, summus Mathematicus, & Alexandrinæ Bibliothecæ præfectus.

Platonicus dictus Marsilius Ficinus, propter ejus opera in Latinum idioma versa: vid. Corv.

Plautus in plancus. Ejus scenæ in Masinissa.

Plejades, poetæ VII. celebres, à numero stellarum plejadum, à zeze numerantur.

Plutarchus, princeps divitiarum.

Pogonatus dictus Constant. IV. quòd imberbis in Siciliam profectus, barbatus rediisset. πώγωνας

γωνα quidpe Græci barbam vocant. Egn. Paul. Diac. l. 19. rer. Rom.

Poliorcetes, Demetrius i. e. urbium eversor seu expugnator dictus. Nam in excogitandis bellicis machinis supra modum industrius, inque oppugnationib. tanta vi atque impetu utebatur, ut nullus ita firmus murus esse videretur: Diod. l.20. Theod.ælian.l.3. per vim atque avaritiam multis injuriam inferens civitates subigebat, adactis machinis. in Pold exeuntia: §.36.

Polybius, longævus. Polycarpus frugifer.

Polycrates: §.17. vide Masinissa. & Corv. in Demetrius.

Polydamas, Trojanus: multorum domitor, à δαμάζω, δαμάω; vel multi nuba, à δάμαρ, uxor: Murmel in Persium. Polyhistor: §. 17.

Polynice, multa victoria.

Polyphemus, magna fama.

Polyxena, quæ multos hospitio excipit.

Polytropos Ithacus Vlysses, dicitur ab Homero, quasi in omnes formas se vertens, à Marone scelerum inventor, ab aliis technarum architectus, & versutiæ omnis conciliabulum.

Pomana Dea: §.8. Pompicus à pompa dictus Heraclides Ponticus poeta, quod propter obesitatem tardè incessit.

Pompo, onis, in Clodius. Pontius. Euch. declinans consilium. vide Pilatus.

Poplica: vide publica.

Porphyrius, in Malchus. vid. Corv.

Porphyrogenitus, Leo V. Imp. à domo, cui purpura nomen dedit, in qua genitus. Constantinus enim Imp. domum Byzantii ædificari jussit,

cui

cui porphyræ nomen imposuit, voluitque subolem stemmatis sui in lucem illic prodire, indeque nomen accipiant: Cuspin.

Portentum hominis Antonia filium suum Claudium, ob stultitiam vocavit.

Portio Domitianus dictus, quasi pars Neronis, quia ipsius successor tum adorari se voluit, tum Christianos persecutus, aliáque indigna patravit. Tertull. in apol. c. 5. Eus. hist. l. 3. c. 20.

Porto goboso: in claudus. Possessiva: §. 17.

Posthumus: qui post humatum patrem natus. Varro, & plut. in Coriol.

Potitius, bibax, ein drincker.

Potitus: L. Valer. quòd plebem in patres concitatam legibus & conditionibus suis mitigavit: Volat. l. 20.

Præconius, ælius Grammaticus, quòd pater ejus præconium faceret: dictus & Stylo, quòd orationes nobilissimas scribet: Volat. lib. 13. c. 3. ex Tranquillo.

Prænomina an initiò fuerint: §. 8. seq. Romanorum XXX. §. 12. in indicibus non præmittenda: §. 10. Prætextatus: Papirius, ob tacendi, loquendîque in prætexta ætate prudentiam: Macrob. l. 1. Satur. & Gel. l. 1. c. 23. Praxilla: §. 17.

Priamus à πρίαμαι, quia è servitute pecuniâ ab Hercule redemtus quasi: prius podarces adpellatus: ejus filius paris, aliàs πρίαμος, emtor: vid. Eust. in 1. Iliad. Frinshem. in Bernh. Corvinum.

Primum, præcipuè autem ultimum Romanorum, Græcorum &c. nominârunt præcipuum, quasi Roma, Græcia &c. jam effœta nullum ei simile sit prolatura: Cæl. l. 26. c. 2.

de

de primogenitura: §.47. Primogeniti dicti Galliarum Reges, à Clodoveo, anno 499. operâ Remigii undis sacris abluto, quia primi Regum in occidente, ut ait Roussel.l.2.c.6.§.1. facti sunt Christiani Catholici. At quo loco Lucium & alios putabis?

Priscus i. q. vetus: ex pri, unde pridem: Gr. πρίν. Priscilla, vetula.

Prochora, ex πρὸ & χορὸς, chorus, chorea, h. e. expeditus, paratus, qui, chorum ducit, præsultor.

Proculus, qui natus peregrinante patre, patriâ procul: Plut. in Coriol. Valerio, qui patre sene natus qui procul ætate progresso: alex.lib.1.c.9. hîc §. 51.

Proeste haadere quasi priesterhasser/ sacri ordinis osor, dictus Ericus Daniæ R. anno 1281.

Propria nomina non transferenda: §. 6.

Prosper in Secundus.

Protheus, qui & Cethes Diodoro: antiquissimus Deorum in varias formas mutatum censet dici Carion, propter magiam, quâ varias præstigias effecerit. Principium rerum putatur, quasi τὸ πρῶτον ὄν. Nat.Com.l.8.c.8.

Protogenes, primogenitus seu potiùs primus generis.

Psamenitus æg. R. Carioni clypeus inclinatus.

Psecas, Antimachus poeta i. pluvia, quòd inter colloquendum spûto familiares adspergeret. Etiam olympicus quispiam sic dictus est. Suidas.

Ψευδώνυμοι. §.37. Ptolomæi: §. 24. vid. Bartholomæus.

Publii, qui prius pupilli facti, quàm prænomina haberent: alii ominis causâ ex pube: Valer.

G. πό-

G. πόπλιος i. publicus, quod quasi populicus, ex populus. Hîc quasi populo gratus.

Publicola, L. Valer. consul, quòd populum coleret. ita Dionysius δημοκηδὴς, quod leges populares tulisset: Stad. in Flor. l. 1. c. 9. §. 6. Cœl. & Sabel. l. 6. c. 3.

Publipor, Marcipor &c. dicebant antiqui, pro publii, Marci puer: Priscian. l. 6. de hoc alex. l. 5. c. 4. Cùm mancipiis & servis nullum cognomen, aut prænomen veteres impartirent Romani, soloque appellarent nomine si quando tamen manu emissi libertatem meruissent, ut inter servilem personam, & liberam, discrimen nominis foret, cùm illis ordo, honos & locus accesserit, prænomina patronorum sæpissimè sibi arrogârunt, sicuti præsentia docent exempla.

ita Pueri servi, & minores, imò & adulti, etiam filii vocantur: §. 9. vide infans.

Puer Otto III. Imp. quia administrare imperium per ætatem nondum poterat.

Pudens, πούδης à L. pudet. h. l. i. q. pudibundus, qui frontem haut perfricuit.

Puerperæ ubi non decumbant: §. 44.

Pulcher, Philippus Franc. R. à corporis venustate: Ritius l. 2. Item Frid. Austriæ dux.

Pulchricomus, Danicè haarfager/ Haraldus Monarcha Norvegiæ, an. Chr. 868.

Pullus Jovis, in ambustus. Punica lingua, in Masinissa. punica fides: §. 15.

Pylander, Thorman quasi portæ vir seu custos.

Pyriosus in Achilles. Pyrrhus: §. 51.

Pyrrhidæ, réges Molossorum, à Pyrrho Neoptolemo, Achillis filio: alex. l. 1. c. 2.

Pytha-

Pythagoras dictus, quòd veritatem perinde ac pythius ipse loqueretur: Diog. Laert. l.8.al. qui populo persuadere potest ea, quæ dicit. vid. Corv.

Pythias: §. 49. Pythos: §. 17.

Πύξινος, in Nycteris.

